DE CORREPTIONE VOCABULORUM NATURA IAMBICORUM TERENTIANA.

COMMENTATIO PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARVM ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ALOYSIUS BOEMER,

HASSO-NASSOVUS.

MONASTERII,

EX TYPOGRAPHIA THEISSINGIANA.

MDCCCXCI.

PETRO LANGENO.

S.

Mense huius anni Augusto edita est ab Hermanno Leppermanno commentatio philologica, quam scripsit de correptione vocabulorum iambicorum, quae apud Plautum in senariis atque septenariis iambicis et trochaicis invenitur.[1]) Leppermannus exponit, et quae potissimum genera vocabulorum natura iambicorum corripiantur a Plauto et quantus sit in singulis fabulis numerus correptorum pro numero non correptorum.

Qua commentatione adductus equidem ad Terentium me converti et explorare studui, qua ratione iunior poeta usus sit in corripiendis vocibus iambicis. Supervacaneum forsitan cuipiam videatur esse, hoc ex Terentio exquirere, postquam res apud Plautum absoluta est. Sed cave sic iudices! Cum enim notum sit, sermonem Terentianum multo magis politum esse ac limatum, quam Plautinum, certe nobis cavendum est, ne in quaestione, qualis est de correptione, eandem licentiam, qua Plautum usum esse constet, etiam Terentio temere adiudicemus, sed potius de utriusque norma propria instituenda est inquisitio.

Quid in universum statuendum sit de syllabarum correptione apud veteres Romanorum poetas scaenicos, et quae causa fuerit, cur fabulae eorum abundent correptionibus, a Godofredo Hermanno et Frederico Ritschelio observatum iam est. Quae Leppermannus, hos viros doctissimos secutus, in initio commentationis suae exposuit, mihi quoque hoc loco videntur commemoranda esse, quo clarius tota correptionis ratio perspiciatur.

---

1) H. Leppermann. De correptione vocabulorum iambicorum, quae apud Plautum in senariis atque septenariis iambicis et trochaicis invenitur. Monasterii Guestfalorum. MDCCCXC.

Apud Latinos duplex prosodia in usu erat, altera vulgarem sermonem secuta magnaque ex parte ex accentu pendens, altera cum versu heroico ab Ennio in epicam poesim introducta, quae Graecorum severitatem imitabatur. Poetas scaenicos, qui plerumque homines ex plebe ortos in conspectu proponerent, ad familiarem dicendi consuetudinem se applicasse, consentaneum est. Quae quoniam magnam partem accentu regebatur, mirum non est, quod in vocabulorum syllabis finalibus, quippe quae nusquam accentum ferant, longarum vocalium pondus interdum imminuebatur.[1])

Praecipue ultimae vocabulorum iambicorum syllabae corripiebantur, sive in consonantem desinebant sive vocali terminabantur. Cuius rei quae sit causa, in fine commentationis exponere mihi proposui. Ceterum hoc respicias velim, ea tantum condicione correptionem esse statuendam, ut syllaba correpta altera pars sit aut solutae arsis aut dissyllabae thesis.[2])

Bentleius correptionis licentiam nimis artis finibus claudit, cum dicit in schediasmate de metris Terentianis (pag. XLV. seqq.)[3]):

„Illud in universum animadvertas velim, nullas eos [poetas scaenicos] syllabas, quae natura et vocalis sono longae sunt corripuisse, sed eas tantum, quae per vocalem quidem breves

---

1) G. Hermann Elementa doctrinae metricae. Lipsiae 1816. (pag. 61 seqq.)

W. Corssen. Über Aussprache, Vocalismus und Betonung der lateinischen Sprache. Leipzig 1870. (II.² pag. 436 seqq.)

2) cfr. J. Brix. Ausgewählte Komödien des T. Maccius Plautus. I. Bd.: Trinummus. IV. Aufl. Leipzig 1889. (praefat. pag. 15 seqq.)

A. Spengel. Die Komödien des P. Terentius. I. Bd.: Andria. Berlin 1875. (praef. pag. XXV. seqq.)

C. Dziatzko. Ausgewählte Komödien des P. Terentius Afer. I. Bd.: Phormio Leipzig 1874 (praef. p. 26).

W. Wagner. P. Terentii Hauton Timoroumenos. Berlin 1872. (praef. pag. 18 seqq.)

3) R. Bentley. P. Terentii Afri comoediae recens. notasque suas et Gabrielis Faerni addidit. Kiliae 1846. [Praemissum est: De metris Terentianis Σχεδίασμα.]

erant, positione tamen et consonantium concursu factae sunt longae. Hae vero voces et numero paucae sunt, monosyllabae fere vel dissyllabae, vel cum praepositionibus compositae; et ex ipsa sede situque commodo veniam merentur . . . Ceterum: Abi, domi, redi, dari, roga, jube, tace, vide, et siqua id genus aliae quae ultimam brevem habent, vix est, ut Licenter dicas, sed Legitime corripi, cum veteres Epici idem ius usurpaverint."

Jam exponam, quomodo totam quaestionem instituere mihi placuerit.

Ut appareat, qua ratione Terentius usus sit in corripiendis vocabulis natura iambicis, singula eorum genera distinguam et omnes uniuscuiusque generis voces componam, quae mihi occurrent, cum correptas, tum legitime usurpatas, — scilicet, ut perspiciatur, quantus sit numerus correptarum pro numero non correptarum.

Sed mimine satis babebo, ea vocabula afferre, quae omnibus temporibus pro iambicis usurpata sunt, sed eorummetiam ratio mihi videtur habenda esse, quorum syllabae finales, ex origine longae, paulatim breves evaserunt. Notum enim est, linguam Latinam initio multo plures syllabas longas in fine vocabulorum habuisse, quam aevo Augusteo.

Leppermannus, — quem sèquor in hac re, — eas composuit syllabas, quas usque ad Plautinam aetatem longas servatas esse constat, cum postea pro brevibus habeantur.[1])

Sunt haec:

1) syllabae finales in vocibus: „mihi, tibi, sibi, ubi, ibi, ego."

2) ar in coniunctivo (sequār).

3) or in nominativo III. declinationis et in comparativo et in passivo (honōr, longiōr, laudōr)

4) is, it in coniunctivi perfecto atque futuro exacto (laudaverīs, laudaverīt).

---

1) cfr. Corssen. Über Aussprache . . . II.[2] pag. 436—511.

W. Christ Metrik der Griechen und Römer. II. Auflage. Leipzig 1879. (pag. 19—20.)

C. F. W. Müller. Plautinische Prosodie. Berlin 1869. (pag. 1—80).

5) it in indicativi perfecto (laudavit).

6) at, et, it in tertia persona numeri singularis praesentis indicativi activi I., II., IV. coniugationis, (laudāt monēt, audīt).

7) at in coniunctivo et imperfecto indicativi (moneāt, monebāt).

8) et in coniunctivo et futuro indicativi, (laudēt, legēt).

9) it in coniunctivo (velīt).

Sed caveamus, ne omnes has syllabas, apud Plautum longas, etiam a Terentio pro longis habitas esse iudicemus; consideremus potius rem paulo accuratius!

Vocabulorum „mihi, tibi, sibi, ubi, ibi, ego“ syllabas posteriores initio semper longas fuisse Corssenus ex origine earum demonstrat (cfr. Über Aussprache etc. I.² 169. 782 seq. II.² 476). Sed paulatim hae voces „frequenti usu quasi nummi detritae“ pondere imminui coeptae sunt. Apud Plautum formae iam multo saepius correptae inveniuntur, quam iambicae. Classico quod vocatur aevo, syllaba finalis pro ancipiti habebatur a poetis. Quae res cum ita se habeat, non ineptum videatur esse explorare, quam viam Terentius in his vocabulis dimetiendis secutus sit. Has igitur voces in commentatione mea respiciam.

Etiam vocabulorum in ‚or‘ desinentium rationem habebo, praesertim cum Brixius in praefatione ad Trinummum (pag. 20) contendat:

„[So ist „es“ (von sum) stets lang bei den Komikern] stets lang auch die Endung „or“, sowohl in Komparativen . . . und Substantiven, . . . als auch in Verben.“

Mueller, postquam quaesivit de quantitate huius syllabae in Plauti fabulis, etiam apud Terentium „or“ longum esse dicit. Se argumentum contrarium afferre non posse. (cfr. Plautinische Prosodie, pag. 44.)

Jam examinatis huiusmodi vocabulis iambicis, quae in Terentii comoediis inveniantur, huic quaestioni lucem allatum iri, magna spes me tenet. Sane ut res prorsus certa sit, etiam in voces trium et quatuor syllabarum inquiratur necesse est. Coniunctivi formae in „ar“ desinentes dissyllabae non leguntur apud Terentium.

Jam exponere mihi liceat, quam viam in coniugationis formis littera „t“ terminatis secuturus sim. Dziatzko in praefatione ad Phormionem (pag. 25.) haec dicit:

„In den Endsilben von Wörtern des älteren Lateins giebt es eine Reihe von Natur langer Vokale mit oder ohne folgenden Consonanten, welche in der Folgezeit verkürzt wurden. Die betreffenden Silben sind daher lang. Bei Terenz hat sich noch sicher erhalten — ĭt in der 3. Pers. sing. ind. perf. act.; z. B. Phormio V. 9, 776.“ [1])

Sed consideremus haec exempla!

Phormionis versus 9 in omnibus codicibus sic traditus est:

„Quod si íntellegeret, cum stetit olim nova.“

„Stetit“ vocabulum igitur syllabam finalem longam habet. Bentleius, cum in hac re offenderet, coniectura usus est ita, ut verborum ordinem mutaret scribens:

„Quod si íntellegeret, ólim cum stetít nova.“

Sed hic versus in duo vocabula iambica desinit, quem exitum a poetis vitatum esse constat eaque de causa, quamquam is, de quo agimus, solus locus est — ut ex quaestione mea apparebit, — quo Terentius perfecti terminationem „it“ longam servavit, tamen in librorum scriptura acquiescere, quam Bentleii coniecturam sequi malo.

Accedamus iam ad Phormionis versum 776, quem codices sic exhibent:

„Ita fáciam, ut frater cénsuit, ut uxórem eius huc addúcam“

Hoc loco syllabam finalem vocis „censuit“ cum Dziatzkone pro longa habere, mea quidem sententia necessarium minime est. Respicias enim velim, hunc versum septenarium iambicum esse, et diaeresim fieri post vocabulum „censuit“. Eo igitur loco syllaba „it“ arsim efficit, quo saepius brevem pro longa admissam esse constat. (cfr. Spengel. praef. ad Andriam pag. XXXIII.)

Longius, quam Dziatzko, processit Wagner, qui in praefatione ad comoediam, quae inscribitur „Hauton Timoroumenos“, (pag. 18.) haec dicit:

---

1) cfr. A. Klette. Exercitationes Terentianae. Bonn 1855.

„Terenz steht noch ganz unter dem Einflusse der vorenniamischen Prosodie. Es finden sich also gelegentlich bei ihm noch Silben als lang gebraucht, welche die spätere Prosodie nur als kurz kennt. Solche sind . . . ĭt in der 3. Person Sing. Praes. der dritten Conj.: accipĭt Eun. 1082; ăt im Conjunctiv: accidāt Ph. 245. augeāt Ad. 25; ĭt 3. Pers. Sing. Perf.: profuĭt Hec. 463 und stetĭt Phorm. 9 . . .“

Cum Wagnero consentire videtur Spengelius, qui ad vocem „augeat“ in Adelphorum versu 25 haec adnotat:

„Die Schlusssilben at, et, it der drei- und mehrsilbigen Verba werden ihrer ursprünglichen Quantität entsprechend von den Komikern (nicht nur zuweilen, sondern) ausnahmslos lang gebraucht, wenn sie in die Arsis fallen.“

Sed consideremus singula exempla, quae a Wagnero afferuntur!

Eunuchi versus 1082 hic est:

„Accipít homo némo mélius prórsus néque prolíxius.“

Spengelius igitur hoc loco syllabam natura brevem ictu rhythmico longam fieri iudicat; equidem virum hunc doctum in hac re sequi non ausim. Mihi plane probatur dimetiendi ratio, a Corsseno usurpata, quam infra commemorabo. Corssenus omnes locos, quibus syllaba neque natura neque positione longa ictum fert apud Terentium, examinavit talique modo invenit, necessarium nusquam esse productionem statuere. Ubique enim brevis syllaba finalis a brevi excipitur ita, ut cum ea dissyllabam arsim efficere possit. Praeterea non raro, sicut hoc loco, tali mensura correptionem fugimus, quae certe vitanda est, quantum fieri potest. (cfr. Corssen. Über Aussprache etc. II.[2] 436 seqq. et 995. — Brix. Miles glor. 27.) — Quae cum ita sint, ego cum Corsseno de quo agimus versum sic metior:

„Accipĭt hŏmō némo mélius prórsus néque prolíxius.“

(cfr. Klotz, Grundzüge etc. pag. 267.)

Eadem mensura utendum esse censeo in vocabulo „accidat“, quod invenitur in Phormionis versu 245. (. . . accidăt ănimó . . .) Ceterum haec scriptura, Ciceronis auctoritate firmata, prorsus certa non est, cum ea stet contra omnium fere librorum consensum et testimonium Donati.

Sequitur vox „augeat“ in Adelphorum versu 25. Totum enuntiatum hoc est:

„ . . . Fácite aequanimitas.

Poétae ad scribendum aúgeat indústriam.“

Bentleius hunc locum suo iure in suspicionem vocasse mihi videtur cum propter ineptam sententiam tum propter productionem syllabae „at“ in voce „augeat“.

Vir ille doctus, cui persuasum est, post vocabulum „aequanimitas“ totum versum excidisse, qui alterum subiectum verbi „augeat“ continuisset, formam „augeat“ mutat in „augeant“; sic omnes difficultates tolluntur. Etiam Umpfenbachius lacunam post versum 24 statuendam esse iudicat.

Venio iterum ad syllabam „it“, qua terminatur III. persona singularis perfecti indicativi. Duo loci afferuntur a Wagnero, quibus hanc syllabam a Terentio longam servatam esse censet. Praeter formam „stetit“, (Phorm. 9), de qua supra iam dixi, commemoratur ab eo vocabulum „profuit“ in Hecyrae versu 463, quod exemplum Klettius quoque affert. Versus ita exaratus est in codicibus:

„PA. Quídquid est id, quód reliquit, prófuit. LA. Immo óbfuit.“

Hoc loco Bentleius ad vitandam productionem eam secutus est viam, ut post vocem „Immo“ adderet „vero“ itaque verba dimetiretur:

„ . . . prófuit LA. Immo vero óffuit.“

Sed in hoc versu coniectura supervacanea mihi videtur esse. Respiciendum enim est post vocabulum „profuit“ personas mutari. Nonne iudicare licet, hoc loco moram, quae personarum mutatione fiat, brevi syllabae finali vocis „profuit“ longae pretium tribuisse? Quin etiam sola interpunctio syllabae producendae vim habet, si G. Hermanno fides habenda est, qui in libro, cuius supra mentionem feci, (pag. 60) de interpunctione haec dicit:

„Quae quoniam pausam in pronuntiando fieri postulat, non mirum est, si quemadmodum caesuram, ut supra dictum est, interdum mutat, ita etiam ad mensuram aliter constitu-

endam aliquid confert. Itaque producitur nonnunquam brevis syllaba, ubi interpunctio pausam fieri iubet."

Quibus exemplis examinatis persuasi mihi, etsi non prorsus certum, tamen verisimillimum esse, Terentium syllabas „at, et, it" non iam longas servavisse excepto sane uno illo loco, quo perfecti forma „stetit" pro iambo usurpata est. Ceterum nonnulli viri docti concedunt, vocabula dissyllaba, quorum prior syllaba brevis sit, excipienda esse a ceteris vocibus in „at, et, it" desinentibus. In illis syllabam finalem pro brevi haberi solitam esse. Conferas iudicium Fleckeiseni (Neue Jahrbücher für Philologie und Pädagogik. XXI. Jahrgang. Bd. 61. Leipzig 1851. — pag. 35), Corsseni (Über Aussprache etc. II.² 488—490.) C. W. Muelleri (Plautinische Prosodie pag. 224).

Hoc etiam Spengelius spectasse videtur, cum dicit, syllabas finales vocabulorum trium et plurium syllabarum ictu rhythmico longas esse redditas. Quae res cum ita se habeat, ego, qui de vocabulis iambicis agam, in commentatione mea coniugationis formas in litteram „t" desinentes omittam.

Quod attinet ad disponendam quaestionem, optimum mihi videtur esse, distributionis lege a vocabulorum genere repetita primum in declinationis, tum in coniugationis formas, denique in particulas inquirere. Inter declinationis formas eas primas examinabo, quae omnibus temporibus pro iambicis habebantur. In his rursus distinguam:

A. voces iambicas in vocalem exeuntes.
B. „ „ „ diphthongum „ae" exeuntes
C. „ „ „ consonantem „s" „

Quibus consideratis accedam ad eas voces, de quibus supra dixi, scilicet ad

D. vocabula in „or" desinentia et
E. formas „mihi, tibi, sibi, — ego".

In coniugationis formis distinguam:

A. voces iambicas in vocalem exeuntes.
B. „ „ „ „s" „
C. „ „ „ „r" „

In particulis hunc ordinem sequar, ut considerem:

A. voces iambicas in vocalem exeuntes.
B. „ „ „ „ae“ „
C. „ „ „ „s“ „
D. „ „ubi“ et „ibi“.

Ceterum excipiam in singulis his partibus eas voces, in quibus duae vocales se contingunt. De his in fine uniuscuiusque capitis generalis separatim quaerere mihi in animo est.

In omnibus vocabulorum generibus priore loco componam formas non correptas, posteriore correptas variorum numerorum distinctione in utrisque facta. Illas rursus distinguam in:

1. vocabula cum ictu rhythmico in posteriore syllaba,
2. vocabula sine ictu rhythmico.

Voces correptas disponam in:

1. vocabula cum ictu rhythmico in priore syllaba,
2. vocabula sine ictu rhythmico.

Ea, quae efficiuntur ex singulis partibus, in fine totius commentationis breviter comprehendere studebo, ut perspiciatur, quos correptionis fines in universum Terentius sibi constituerit. Eo loco etiam in correptionis naturam paulo accuratius inquirere mihi proposui. Postremo Terentii consuetudinem in corripiendis vocabulis cum ea comparabo, qua Plautum usum esse Leppermanni egregia opera observatum est. Ceterum ego non solum senarios et septenarios perlustrabo, sed omnes versus Terentianos.

Priusquam autem ad rem aggrediar exemplaque vocabulorum natura iambicorum, cum non correptorum, tum correptorum, afferam, dicam, me eos tantum locos respecturum esse, qui prorsus certi sint. Ubi igitur lectio ex librorum discrepantia dubitatione non caret vel propter aliquam causam ferri non potest, locum uncis includam neque ullam rationem eius habebo in computandis exemplis. Nam nisi hac severitate adhibita rem nostram certo diiudicari non posse persuasum habeo.

Vocabula iambica, quae in fine versuum collocata sint, a me neglegi consentaneum est, cum in ultimo versus pede syllaba anceps admittatur.

Ceterorum vocabulorum iambicorum si unum alterumve oculos meos fefellerit, veniam velim mihi des ratione habita tantae exemplorum copiae.

Reliquum est, ut Terentii editionum mentionem faciam, quas inspexi in conficienda commentatione. Praeter editiones singularum fabularum, curatas a Spengelio, Wagnero, Dziatzkone, quas supra iam commemoravi, in promptu mihi fuerunt omnium comoediarum editiones curatae a Bentleio, Umpfenbachio,[1]) Fleckeiseno,[2]) Dziatzkone[3]). Numeros significavi secundum Fleckeisenum.

* * *

Aggrediamur iam ad afferenda exempla!

---

1) P. Terenti comoediae edidit et apparatu critico instruxit Franciscus Umpfenbach. Berolini MDCCCLXX.

2) P. Terenti comoediae. Recensuit Alfredus Fleckeisen. Lipsiae MDCCCLXXXIV.

3) P. Terenti Afri comoediae recensuit Carolus Dziatzko. Editio stereotypa. Lipsiae MDCCCLXXXIV.

Declinationis formae.

A. Voces iambicae in vocalem exeuntes,

(praeter eas, quarum vocalem longam in fine positam alia brevis antecedit).

I. Formae non correptae.

a) in senario.

1) (vocabula cum ictu rhythmico in posteriore syllaba:)boná; Andr. 119; — boní: Haut. 343, ibid. 763; — doló: Eun. 515; — domó: Phorm 440; — erí: Hec 331; — fidé: Haut. 761; — homó: Haut. 77; Phorm. 123, ib. 362; — malá: Haut. 289; — malí: Eun. 295; Phorm. 80, Adel. 357, ib. 443; — maló: Andr. 431, Eun. 874, Adel. 69; — modí: Eun. 873, Adel. 441; — morá: Andr. 424; — nová: Hec. 37; — parí: Eun. 445; — pretí: Haut. 64, Adel. 892; — sení: Phorm. 76; — viró: Hec. 491.

2) (vocabula sine ictu rhythmico:) homo: Andr. 778; — Duobus locis, qui sequuntur, antecedit vocabulum „homo“ vox monosyllaba in longam vocalem exiens: Andr. 721, Phorm. 1005. Quibus in versibus scriptum est: „mí homo“, quod sic metiendum esse constat: „mĭ hŏmō.“

b) in septenario iambico:

1) domí: Hec. 257; — homó: Haut. 731; — locó: Eun. 542; — [modí: Phorm. 821; hic locus certus non est. Codex Bembinus, quem Umpfenbachius et Dziatzko secuti sunt, nisi quod „parare“ scripserunt, hanc scripturam exhibet: „ . . . modi ín animo parere . . ..“ Fleckeisenus cum reliquis libris et Donato vocabula hoc ordine collocat: „modí parare in

ánimo". Prius praeferendum mihi videtur esse] — modó: Hec. 266; — patrí: Haut. 681; viró Phorm. 790.

2) exempla non exstant.

c) in septenari trochaico:

1) boní: Andr. 338 (bis), Eun. 225, Haut. 254, Hec. 851; — domí: Eun. 815; — domó: Eun. 960; — fidé: Adel. 161; — homó: Eun. 232, ib. 358; — locí: Eun. 801; — maló: Eun. 714, Phorm. 544; — modó: Phorm. 869; — vadó: Andr. 845; — viró: Eun. 799; —

2) homo: Eun. 960, ib. 1082.

d) in octonario iambico:

1. homó: Haut. 205, Adel. 218; — locí: Andr. 601; — locó: Phorm. 473, Adel. 216, ib. 344; — malá: Phorm. 169; — malí: Haut. 229; — maló: Adel. 300; — modí: Haut. 205; — modó: Phorm. 181; — patrí: Andr. 394, ib. 612, Eun. 1039, Haut. 259. Phorm. 474, Hec. 865; —

2) eri: Andr. 175; — homo: Adel. 336, [Phorm 808. Locus prorsus certus non est. Umpfenbachius cum codice Bembino vocem „homo" omisit; ceteri editores, reliquos libros secuti, hoc vocabulum et metro et sententiae bene conveniens in verborum conexum receperunt].

e) in octonario trochaico:

1) modí: Eun. 746; — viró: Hec. 516; —

2) Exempla desunt.

f) in ceteris numeris exemplum non invenitur.

II. Formae correptae.

a) in senario:

1) hómo: Haut. 825; — nóvo: Phorm. 972; —

2) domi: Eun. 673, Adel. 673; (utroque loco vocabulum „domi" in primo versus pede collocatum est); — homo: Adel. 407, (in initio versus), Phorm. 411. (post interpunctionem);

— lupo: Eun. 832. (Qui versus in omnibus codicibus sic exaratus est:

„Scelésta, ovem lupŏ cómmisisti, díspudet.“ Quam lectionem cum Dziatzkone et Klotzio (cfr. Grundzüge etc. pag. 56) servare ego non dubito. Fleckeisenus et Umpfenbachius coniectura utuntur); —

modi: Haut. 812. (Hunc versum Terentii editores recte me iudice ita metiuntur: „Huiús modi míhi res semper comminiscere.“ Klotzio (cfr. pag. 59) videtur praeferenda esse haec mensura:

„Huius módi mihĭ res sémper cómminíscere.“

Virum illum doctum offendit vox iambica correpta sine ictu rhythmico („modĭ“) in secundo versus iambici pede collocata. Iudicat enim talia vocabula — nonnullis exceptis — admittenda non esse, nisi sedibus imparibus versuum iambicorum et sedibus paribus trochaicorum.

Quare ego Klotzio in hac re non adstipuler, in fine commentationis fusius exponam.

b) in septenario iambico:

1) exemplum non invenitur.

2) homo: Hec. 828 (in initio versus); — Eun. 261 (post diaeresim h. e. in initio secundae versus partis); — seni: Haut. 1002 (post diaeresim); — viri: Phorm. 787 (post diaeresim).

c) in septenario trochaico:

1) [bóni: Phorm. 516. Haec vox in codice Bembino, quem plurimi editores secuti sunt, scripta est et recte quidem meo iudicio. Omnes alii libri lectionem „bene“ praebent, quam Bentleius probavit. Hic locus igitur, cum propter codicum discrepantiam dubitatione non careat, nobis respiciendus non est.] dómo: Adel. 198; — hómo: Hec. 459.

2) Nullum exemplum exstat.

d) in octonario iambico:

1) hómo: Hec. 861; — lévi: Hec. 312; (Bentleius ad hunc locum adnotat: „ „Levi“ hic monosyllabon est, ut alibi

„Novo“: quod facile feres, si pronuntiaveris eo quo veteres sono: „Lewi, Nowo““. — Equidem, ut in hac re Bentleio assentiar, non adducor. (cfr. Christ, Metrik etc. pag. 31.).)

2. Nullam vocem legi.

e f) in octonario trochaico etc. exemplum non invenitur.

Si exemplorum summam facimus, contra 75 formas non correptas 16 correptae stant. Locos uncis inclusos non respici supra iam dixi. — Inter vocabula correpta sunt 6 cum ictu rhythmico in priore syllaba. Quod attinet ad voces correptas sine ictu, diligenter ut respiciatur velim, duabus exeptis eas aut in initio totius versus aut in primo pede post diaeresim septenariorum iambicorum esse positas. De hac collocatione in fine commentationis fusius quaerere mihi in animo est. — Frequentissima est correptio in vocabulo „homo“, cuius syllaba finalis postero tempore pro ancipiti habebatur.

B. Voces iambicae in diphthongum „ae“ exeuntes:

(praeter eas, quarum diphthongum in fine positam vocalis brevis antecedit.)

I. Formae non correptae.

a) in senario:

1) bonaé: Adel. 886; — [eraé: Andr. 717. Ex librorum scriptura hic locus prorsus certus est, cum omnes codices versum sic exhibeant:

„Summúm bonum esse eraé putavi hunc Pámphilum.“

Sed Brugmannus[1]) in commentatione, qua exponit, quemadmodum veteres Romani in senario verborum accentus cum numeris consociaverint, (pag. 13.) hanc lectionem improbat

---

1) O. Brugmann; Quemadmodum in iambico senario Romani veteres verborum accentus cum numeris consociaverint. Bonnae 1874.

docens, omnes senarios, ubi voces iambicae in tertio pede legantur, in suspicionem esse vocandos. Hoc loco enim consociationem verborum accentus et ictus rhythmici prorsus necessariam esse. Brugmannus verborum ordine mutato legi vult:

„Summúm bonum esse erae húnc putavi Pámphilum“

Pro pyrrhichio certe hoc loco vocabulum „erae“ positum non est eaque de causa rem in medio relinquere mihi licet.]

moraé: Andr. 166; —

2) Exemplum non exstat.

b c) in septenariis nullam huius generis vocem inveni.

d) in octonario iambico: moraé: Adel. 712.

e) in octonario trochaico: eraé: Eun. 654.

f) in ceteris numeris nullum exemplum invenitur.

II. Formae correptae.

Vox iambica correpta in diphthongum „ae“ desinens omnino non invenitur in Terentii comoediis.

C. Voces iambicae in „s“ exeuntes.

(praeter eas, quibus in mediis duae vocales se contingunt.)

I. Formae non correptae.

a) in senario:

1) bonás: Eun. 37, Phorm. 258; — bonís: Phorm. 115; — canés: Andr. 57; — forís (= forés): Adel 88; — forés: Adel. 120; — gravís (= gravés): Haut. 92; — malís: Phorm. 688; — minás: Eun. 169, Haut. 835, Phorm. 410, ib. 662, Adel. 242; — modís: Hec. 179, ib. 701; — novás: Haut. 34, ib. 43, Hec. 12, ib. 57; — patrés: Adel. 53; — pedés: Adel. 386; — senés: Haut. 419, Adel. 23; —

2) eros: Haut. 537.

b) in septenario iambico:

1. bonás: Hec. 739; — bonós: Phorm. 767; — honós: Eun. 1023; — ludós: Eun. 1010; — malós: Phorm. 766; minás: Haut. 724; —

2. Nullum exemplum inveni.

c) in septenario trochaico:

1. forés: Eun. 1029; — minás: Phorm. 1038; — modís: Andr. 248.

2. Exemplum non exstat.

d) in octonario iambico:

1. dolís: Andr. 583; — fidés: Adel. 306; — minís: Adel. 191; — patrés: Haut. 213; [socrús: Hec. 201. Qui versus corruptissimus fortasse omnino non genuinus est.]

2. Nulla vox mihi occurrit.

e) in octonario trochaico exemplum non invenitur.

f) in ceteris numeris:

In tetrametro bachiaco: fidés: Andr. 637; in tetrametro cretico: malís: Andr. 627.

II. Formae correptae.

a) in senario:

1. bónis: Eun. 8; (Hic versus in codicibus sic exstat: „Ex Graécis bónĭs Latínas fécit nón bonás.“ Bentleius, quem correptio vocabuli „bonĭs“ offendit, de hoc loco scripsit:

„Ex Graecis bonis] Sic Faernus; sed „Ex“ priori potius versui apponendum: . . . Neque enim cum viro docto tam facile corripuerim syllabam, cum positione, tum natura longam.“ — Quod monosyllaba praepositio „ex“ in fine versus posita est a Bentleio, apud Terentium sane offensionem non habet, si Klotzius, qui in hanc rem inquisivit, recte iudicat. (cfr. Grundzüge etc. pag. 365/66.) Sed cum omnium librorum consensus

contra Bentleium stet, equidem hunc virum doctum sequi magnopere dubito. — Praeterea mensura „bónĭs“ de quo agimus loco aptissima mihi videtur esse. Graviter enim opponendum erat vocabulum „bonis“ verbis „non bonas“, quae sequuntur. Vis huius vocis autem multo maior est procul dubio, si accentus grammaticus, qui in priore syllaba positus est, cum ictu rhythmico consociatur, quam si syllabae finali (bonís) ictus tribuitur.)

2. exemplum non inveni.

b) in septenario iambico.

1. Nulla vox mihi occurrit.

2) fores: Eun. 282 (post diaeresim); — foris (= fores): Eun. 284 (post diaeresim). Bentleius cum duobus his locis, tum in Adelphorum versu 167, quem infra commemorabo, ex plurali „fores (foris)“ singularem huius vocis numerum fecit. Vir doctus adnotat ad Eunuchi versum 282: „Ubique apud Nostrum pro ‚Foris, Forem‘ numero singulari reponebant olim Magistri ‚Fores‘ plurali: praeterquam Adel. II. 3. 11, ubi versus plane repugnat: scilicet ne pueri sub fervela obsolete loqui discerent. Quasi vero non Horatius sic locutus sit, Serm. I. 2. 67: „Exclusus fore, cum Longarenus foret intus.“ Ut apud Plautum, qui pueris non praelegebatur, manet integrum ‚Foris‘ num. sing. plus decies, idque in Codice, qui Terentio illi Bembino aetate non cedit.“

Sed quin omnino numerus singularis in usu fuerit, nemo certe est, qui dubitet. Pluralis autem non minus usitatus erat procul dubio. Quem cum his locis omnes libri consentientes tradant, equidem non adducor, ut cum Bentleio singularem scribam. Ad defendendam correptionem dico, utroque loco vocabulum „fores“ post diaeresim h. e. in initio secundae versus partis esse collocatum, ubi correptionem non raro inveniri supra iam vidimus.

c) in septenario trochaico:

1. Exemplum frustra quaeras.

2. bonas: Haut. 388. (Bentleius, pro „bonas“ scripsit „bonis“. Sed hoc in re nostra diiudicanda nullius momenti

est; nostrum est decernere, utra versus mensura probabilior sit. Bentleius hanc metiendi viam iniit:

„Nam éxpedít bonís esse vóbis; nós quibuscum ést res, nón sinunt.“

Ceteri editores versum sic metiuntur:

„Nam éxpedít bonis ésse vóbis; nos etc.“

Bentleius igitur, ut effugiat correptionem vocabuli „bonis“, priorem syllabam vocis „esse“ brevem pronuntiare coactus est, nisi forte ei placuit Faernum sequi, qui dicit: „Stabit trochaicus, si ex ‚bonas‘ eliso „s“ synalophoe sequatur.“ Quem virum doctum falsa usum esse ratione, concedet, qui in brevibus tantum syllabis interdum consonantem „s“ abiectam esse meminerit. Correptio vocabuli „esse“ autem apud Terentium omnino valde dubia est, et certe haec mensura post vocem, qualis est „bonis“, suspicionem movet. (cfr. A. Spengel. T. Maccius Plautus. pag. 80 seqq.; Corssen, Über Aussprache etc. II.[2] 645 seq. C. W. Mueller, Plautinische Prosodie, pag. 298.) Quae cum ita sint, equidem vulgarem metiendi rationem praefero. Vocabulorum iambicorum in „s“ exeuntium correptionem non omnino insuetam esse apud Terentium, exempla, quae iam attuli, satis demonstrant. — Sed videamus, quae correptionis causa esse potuerit hoc loco. Sententiarum conexus hic est:

Bacchis meretrix, postquam bonos mores Antiphilae, virginis amore iuvenis incensae, praedicavit, puellas amantes cum meretricibus comparat. Inde a versu 385 Bacchis dicit, naturam secum ferre, ut puellae amore inflammatae melius sint generatae, quam meretrices. Conferas versum 387:

„Et vos esse istíus modi et nos nón esse haud mirábilest.“

Versus, qui sequitur, is est, de quo agimus. Causa affertur, cur puellae amantes meliores mores habeant meretricibus. „Expedit bonas esse vobis etc.“ Bacchis Antiphilae dicit. Vocabulum „expedit“ sine dubio praecipue efferendum est; verba „bonas esse“ autem nihil fere valent ad sententiam, nam quid expediat, intelligitur iam ex enuntiato, quod praecedit. (cfr. vers. 387: esse istius modi.) Quam ob rem cogitandum est, actorem hac pronuntiandi ratione usum esse, ut — voce „expedit“ acuto accentu elata, — verba „bonas esse“ celeriter

proferret approperans ad vocabulum „vobis“, quod graviter opponendum est voci „nos“ in secunda versus parte. Quod si nobiscum reputaverimus, non offendemus in correptione formae „bonas“;) — fores: Adel. 167. (Quod vocabulum, cum in tertio versus trochaici pede positum sit, suspicionem Klotzii movet. Me hac collocatione non offendi, supra iam commemoravi.)

d) in octonario iambico:

1) Exemplum non invenitur.

2) viris: Hec. 202. (in initio versus); Libri omnes hanc versus scripturam praebent:

„Viris ésse adversas aéque studiumst, símilis pertinaciast.“

Quam lectionem servare editores non dubitaverunt praeter Bentleium, qui dicit: „Laborat hic versus; aut primam in ‚Adversas‘ corripit, aut secundam in ‚Viris‘: quorum neutrum ex more; et si posterius eligis, totum in Thesi latebit ‚Viris‘, quod tamen praecipue est efferendum. Repone: „Virís adversari aéque studium . . .“ Si sententiam solam spectamus, Bentleii coniectura sane probabilissima est. Sed hoc prorsus non negligendum mihi videtur esse, quod omnes codices consentientes lectionem „Viris esse adversas“ praebent. Vix enim intellegitur, quomodo haec scriptura, quae minus apta videri possit, verborum conexui illata esset, si Terentius scripsisset: „Virís adversari etc.“ — Praeterea correptio vocis „viris“ eo defenditur, quod hoc vocabulum in initio versus collocatum est, ubi satis saepe forma iambica correpta thesim efficit.

e f) in octonario trochaico ceterisque numeris exemplum non exstat.

Diligentius examinavi hos locos, ut cognosceretur, quam falso Bentleius iudicet, Terentium in formis consonanti „s“ terminatis correptione omnino non usum esse. Hoc sane concedendum est, in his vocibus correptionem raram esse, sed tamen saepius invenitur, quam apud Plautum. Stant enim sex formae correptae contra undequadraginta non correptas. Vocabulorum correptorum unum ictum in priore syllaba habet; inter cetera, quae ictu non sunt praedita, unum in

initio versus, duo in septenario iambico post diaeresim collocata sunt.

D. Voces in „or" exeuntes.

Quod attinet ad has voces, equidem dubito, an iure affirmetur a viris doctis, syllabam „or" sicut a Plauto, etiam a Terentio pro longa esse habitam. Qua de causa in afferendis exemplis singulis vocabulis vocem insequentem adiungam, scilicet, ut decerni possit, utrum in formis iambice usurpatis syllaba finalis natura an positione longa sit.

I. Formae iambice usurpatae.

a) in senario:

1. amór: Eun. 77. (amór moléstias); Adel. 470. (amór vinúm); — colór: And. 878 (colór pudóris); —
2. amor: Andr. 279 (néque amor néque); Eun. 881 (quíd amor váleat); —

b) in septenario iambico:

1. dolor: Hec. 356 (dolór repente); —
2. Huius generis vocem non inveni.

c) in septenario trochaico:

1) amór: Hec. 404 (amór me), Hec. 407 (amór me) colór: Eun. 242 (colór nitór); — nitór: Eun. 242 (nitór vestítus); —
2) Exemplum non exstat.

d) in octonario iambico:

1. pudór: Andr. 262 (pudór qui), Adel. 274 (pudór tam); —
2. Nulla forma invenitur.

e) in octonario trochaico exemplum mihi non occurrit.

f) in ceteris numeris:

In cretico tetrametro: pudor: Andr. 630 (pudōr paúlum).

II. Formae pro pyrrhichio usurpatae.

a) in senario:

1) mémor: Andr. 281 (mémor esses); — sóror: Eun. 146 (sóror est); —
2) memor: Andr. 282 (memor éssem); — soror: Eun. 157 (Soror díctas . . . — In initio versus).

b) in septenario iambico nullum exemplum exstat.

c) in septenario trochaico:

1. [minor: Haut. 628. (mínor ergo). Hic locus certus non est. Lectio „minor“ non librorum scriptura, sed coniectura Bentleii est, quam Fleckeisenus probavit.]
2) minor: Adel 580 (minor ést); —

d) in octonario iambico:

1) Vocabulum non inveni.
2) amor: Andr. 261 (Amor mísericordia . . . — In initio versus); color: Eun. 318 (Color vérus . . . In initio versus)

e f) in reliquis numeris exemplum non exstat.

Computemus iam formas pro iambo et formas pro pyrrhichio usurpatas. Tredecim loci snnt, quibus syllaba „or“ longa, septem, quibus brevis sit. Sed omnibus illis, locis quibus voces huius terminationis iambicae sunt, cum vocabulum, quod sequitur, a consonanti incipiat, syllaba finalis positione longa esse potest. Ubi formae a vocali excipiuntur, „or“ semper breve est. Uno loco, quo honoris voci, a vocali exceptae, iambi pretium tributum est, non „honor“ legitur, sed „honos“, quod vocabulum syllabam finalem semper longam habet. Quibus rebus bene ponderatis, ego persuasi mihi, syllabam „or“ in declinationis formis a Terentio omnino non iam longam esse servatam. — Accedit alia ratio, qua iudicium meum confirmari censeo. Si Terentius terminationem „or“ pro longa habuisset, vix probabile esset, in fabulis eius contra tredecim huius generis voces non correptas stare septem correptas, cum apud Plautum inter triginta quinque formas, — quae in

senariis atque septenariis inveniuntur, — quinque correptae sint. Ceterum ad rem plane diiudicandam etiam in vocabula trium et quatuor syllabarum (in „or“ desinentia) inquiratur necesse est. Quae investigatio cum longius me a proposito meo abduceret, quin hanc quaestionem in medio relinquam, facere non possum. — Tres loci apud Terentium inveniuntur, quibus positio neglecta sit in vocibus terminationis „or“, a consonanti exceptis. Nonnulli viri docti litteram „r“ in fine vocabulorum interdum excidisse iudicant. Audiamus Wagnerum (praef. ad Hauton Tim. pag. 20): „Zwei andere Endbuchstaben sind eng verwandt mit s, nämlich r uud t; auch diese beiden hat die volksmässige Aussprache jener Zeit abgeworfen. r fällt ab in . . . sorŏr dictast Eun. 157; colŏr verus ib. 318; amŏr misericordiae Andr. 261 . . .“

Sed Corssenus, qui accuratius in hanc rem inquisivit, recte procul dubio sic iudicat: (cfr. Kritische Beiträge zur lateinischen Formenlehre. pag. 400.)

„Wenn auf — or und — er auslautende Wörter, wie col-or, am-or, sor-or, mis-er, pat-er gelegentlich bei alten scenischen Dichtern so gemessen sind, dass die Endsilben durch consonantischen Anlaut des folgenden Wortes nicht positionsfähig wurden, also in Verbindungen, wie colŏr verus, sorŏr dictast u. a. so folgt daraus nicht, dass das auslautende r gar nicht gesprochen wurde (Ritschl, Rhein. Mus. XIV. 399), denn sonst würde dasselbe doch gelegentlich auch nicht geschrieben sein, wie das auslautende s und m, sondern dass in den tieftonigen Endsilben —or und —er im Volksmunde der auslautende Consonant schwach tönte, der Vocal aber unter die Zeitdauer einer kurzen Silbe herabsank, das heisst stumm oder irrational wurde und somit zusammen mit dem folgenden r und dem anlautenden Consonanten des folgenden Wortes in der volksthümlichen Aussprache nicht die Zeitdauer einer langen Silbe ausfüllte.“ —

Ceterum respicias velim tres illas voces, in quarum syllaba finali positio neglecta sit, collocatas esse in primo versus pede, quem licentius formatum esse fere inter omnes constat.

E. Voces „ego, mihi, sibi, tibi“.

I. Formae non correptae.

a) in senario:

1. [egó: Adel. 749. Sed hic locus valde dubius est. Codex Bembinus (A) hanc praebet lectionem:

„Ita me di bene ament, ut video ego tuam ineptiam.“

Qua in scriptura quominus acquiescamus, prohiberi nos apparet ea re, quod iusti metri fines ibi migrantur. — In libris DG, quos Dziatzko secutus est, haec versus scriptura invenitur:

„Ita mé di ament, ut vídeo egō tuam inéptiam.“

Praeter Dziatzkonem omnes editores lectionem librorum B C E F P probaverunt:

„Ita mé di ament, ut vídeo tuam ego inéptiam.“

Sed C. Reinius[1]) hanc scripturam in suspicionem vocat propter pronominum collocationem. Qui vir doctus hanc normam in universum a poetis comicis observatam esse docet, ut nominativum pronominis personalis ponerent ante reliquos pronominum possessivorum casus. De hoc loco Reinius (pag. 58) haec dicit:

„Siquid equidem video, prior versus pars secundum Bembinum servanda est, at in posteriore nominativus „ego“, qui et in libris et apud Donatum [„ut ego video tuam ineptiam“] variis versus locis tradatur, melius omittitur idque ita, ut leniter mutato ordine verborum sic versiculum reponendum censeam:

„Ita mé di bene ament, út tuam video inéptiam.“

Ex his satis intelligitur, quam dubius sit locus et quam suspectum pronomen „ego“.] — [mihí: Andr. 112. Spengelius contra consensum librorum, qui tradunt: „quíd hic mihí faciét patri“, verba hoc ordine posuit „míhi quid hic faciét patri?“ Ceterum si libros sequimur, ut formam „mihi“ iambice metiamur,

1) C. Rein. De pronominum apud Terentium collocatione. Lipsiae 1879.

sane fieri potest, sed necese non est, cum etiam haec mensura probabilis sit: „mihĭ făciét“. Cum igitur hoc exemplum certum non sit, locum uncis inclusi.]

[mihí: Adel. 142. Hic quoque locus certus non est, cum eum metiri possimus „súnt mihí sed osténdere“ aut „súnt mihĭ sĕd osténdere.“]

tibí: Haut. 531; Hec. 623; ib. 680.

2. Huius generis vocabulum non inveni.

b) in septenario iambico:

egó: Andr. 702 (ante diaeresim); —

mihí: Haut. 691 (ante diaeresim); [Phorm 748: Mensura iambica probabilis quidem est, sed non necessaria. — „Eho díc mihí quid reí tibíst etc.“ et „Eho díc mĭhĭ quíd rĕĭ tibist.“]

tibí: Andr. 684, ib. 703, Eun. 1007, [Hec. 791. In codice Bembino hic versus non exstat.] Quatuor his locis vox „tibi“ locum ante diaeresim tenet.

2. Exemplum frustra quaeras.

c) in septenario trochaico:

1. [mihí: Eun. 793.

„Díxtin hos mihí dies soli dáre te? Quid tum póstea?“

Hanc Bembini scripturam Fleckeisenus servavit. Reliqui codices, — quos Umpfenbachius et Dziatzko secuti sunt, — vocabula hoc ordine posita exhibent:

„Díxtin hos diés mihi soli dáre te? . . . “

Quam lectionem etiam Reinius (pag. 17) probat et his quidem verbis: „ . . . Atque hanc scripturam, ut ego quoque amplecterer, eo magis adductus sum, postquam ceteros Terentianos locos, ubi poeta vocabulum „solus“ cum pronominibus personalibus coniungit, collegi“. — Sed utcunque res se habet, prorsus certus hic locus non est. Ceterum, etiamsi Bembini lectio probanda est, mensuram pyrrhichicam vocabuli „mihi“ statuere licet. Sic enim hunc versum metiri possumus:

„Díxtin hos mihĭ díes sóli dare te? etc.]

tibí: Haut. 977, [Eun. 803. Hic quoque locus dubius est. Editores praeter Bentleium secuti sunt Bembinum, qui haec tradit:

„Díminuam ego tibí caput hodie . . .“
Codex E exhibet hanc scripturam:
„Díminuam tibi ego caput tuum . . .“
In codice D scriptum est:
„Díminuam ego tibi caput tuum hodie . . .“

Quid revera Terentius scripserit, discerni vix potest, quam ob rem huius loci ratio habenda non est in computandis exemplis.] —

2. Nulla vox legitur.

d) in octonario iambico:

1. egó: Phorm. 727 (ante diaeresim); — [mihí: Andr. 650. Haec mensura nititur in coniectura Kraussii et Fleckeiseni, qui ex librorum scriptura:

„Quantásque hic suis consíliis mihi confécit . . .“

vocem „suis“ deleverunt et pro „confecit“ cum Donato scripserunt „conflavit“. — Dziatzko vocabulum „mihi“ uncis includit itaque scribit:

„Quantásque hic consiliís suis [mihi] conflavit etc.“

Certe hic locus valde dubius est.]

mihí: Hec. 605 (ante diaeresim), Adel. 604 (ante diaeresim.) —

2. Vocabulum non inveni.

e f) in his numeris nullum exemplum mihi occurrit.

II. Formae correptae.

a) in senario:

1. égo: Andr. 113, ib. 164, 477, 734, 762, 866, 888; Eun. 155, 411, 434, 527, 532, 691, 818, 885, 989; Haut. 309, 420, 553, 556, 781, 915; Phorm. [217. Coniectura Bothii.], ib. 396, 424, 587, 615, 670, 923, 980; Hec. 81, 153, 335; Adel. 83, 646, 798, 802, 840.

míhi: Andr. 43, 96, 272, 527, 674, 743, 811; Eun. 120, 141, 199, 508, 701, 833, 843, 887, 930; Haut. 59, 127, 267, 423, 456, 507, 542, 793, 812, 915; Phorm. 61, 131, 133,

580, 581, 588, 602, 652, 668, 684, 890, 908, 992; Hec. 17, 44, 112, 151, 327, 646, 647, [688], 708; Adel. 101, 249, 357, 379, 421, 499, 641, 644, 789, 850, 893, 904.

tíbi: Andr. 31, 41, 294, 296, 476, 541, 666; Eun. 93, 102, 128, 153, 684, 851, 857; Haut. 350, 492, 508, 762, 818, 923; Phorm. 52, 62, 127, 130, 379, 394, 429, 654, 910, 933, 992, 1003; Hec. 141, 707, 712; Adel. [34], 660, 782, 894.

síbi: Andr. 2, 432; Eun. 670; Haut. 468, 754, 773, 847; Phorm. 16, 352, 596; Hec. 500; [Adel. 34. Hic versus in codice Bembino deest], ib. 646, 668.

2. ego: Andr. 35, 161, 289, 549, 563, 675, 737, 766, 886; Eun. 119, 142, 176, 196, 199, 338, 496, 531, 822, 844, 865, 886, 894, 930, 941; Haut. 108, 131, 277, 371, 529, 538, 784, 803, 972; Phorm. 127, 220, 311, 367, 383, 449, 685, 928, 966, 1000; Hec. 111, 195, 635; Adel. 35, 103, 378, 435, 492, 512, 784, 914, 916, 925.

mihi: Andr. 121, [225], 409, 431, 437, 479, 526, 667; Eun. 107, 197, 516, 997; Haut. 80, 840, 862; Phorm. 407, 455, 461, 618, 658, 676, 885 [936. Coniectura Fleckeiseni], 1002; Hec. 29, 103, 112, 425, 515; Adel. 92, 116, 120, 133, 368, 398.

tibí: Andr. 392, 571, 675; Eun. 337, 511, 884; Haut. 164, 474, 797, 926; Phorm. 590, 1001; Hec. 650; Adel. 97, 133, 457, 644, 738, 917.

egon: Andr. 271, 384; Eun. 153; Phorm. 260, 999.

b) in septenario iambico:

1. égo: Andr. 703, Eun. 277, Haut. 687, Phorm. 177, Hec. 243, ib. 244, 247; —

míhi: Andr. 695, Eun. 284, Haut. 688 (Ad hunc locum Reinius (pag. 25) adnotat:

„Ita crédo: sed nunc, Clínia age, da té mihī vicissim“.

Sic cum priorr. edd. et Conradtio legi malim, quam quod recc. hiatum post vocem „Clinia“ statuentes defendunt:

„Ita crédo: sed nunc Clínia, age dá te mihi vicissim.“

Ego hoc loco, quo vox „Clinĭa“ in septenario iambico ante diaeresim collocata sit, hiatu non offendor eaque de causa recen-

tiores sequi non dubito); Haut. 724, 1002, Hec. 347, [Adel. 957. Locus dubius.]

tíbi: Andr. 710, Eun. 274, 282, 1018, Haut. 741, Hec. 245; —

síbi: Eun. 262, Haut. 746, [Hec. 797. Hunc versum plurimi editores uncis incluserunt.]

2. ego: Eun. 265, 601; Haut. 686, 730, 737, 1000; Phorm. 491, 824; Hec. 270, 734, 837; —

mihi: Andr. 576, 577, 686: Eun. 1004; Haut. 679, 728; [Phorm. 178. Locus incertus], Hec. 265, 794, 795, 838; —

tibi: Haut. 742; Hec. 523; —

c) in septenario trochaico:

1. égo: Andr. [258. Locus valde dubius], ib. 323, 330, 337, 341, 361, 375, 844, 864 (Dziatzko, Conradtium secutus, hunc versum, qui solus sane collocatus est inter octonarios iambicos, pro iambico habet itaque metitur: „Egó iam té etc.“ Sed numeri saepius simili modo variant neque ullam causam esse iudico, cur a sueta mensura recedamus et Dziatzkonem sequamur, praesertim cum vox „ego“ nullo alio loco, nisi ante diaeresim iambica usurpata inveniatur.), — Andr. 896, 906, 922, 959, 965, 967; Eun. 211, 230, 726, 803, 1069, 1072; Haut. 244, 252, 610, 632, 874, 950, 1024, 1060; Phorm. 520, 523, 564, [877. Hoc loco codices discrepant. Bembinus scriptum habet:

„Atque ego quoque inaudivi etc.“, quod metiendum est: „Atque egó quoque inaúdivi“ aut „Atque egŏ quŏque inaúdivi“] 881, 1014, 1038; Hec. 230, 470, 762; Adel. 163, 321, 551, 563, 587, 589, 697, 873, 879; —

égon: Eun. 757, Haut. 1016; —

míhi: Andr. 358, 624, 958, 962; Eun. 792, 968, Haut. 594, 626, 655, 947, 965, 978; Phorm. 189, 202, 326, 334, 482, 494, 506 (míhin), 855, 1036; Hec. 812, 814; Adel. 555, [610. Locus dubius.]

tíbi: Andr. 841, 849, 897; Eun. 798, [804. Locus non certus], 1028; Haut. 596, 892, 959, 961, 965, 977, 979, 1060;

Phorm. 207, 337, 493, 516, 523, 850, 880, 1040, 1050; Hec. 525, 751, 851; Adel. 571, 693, 858, 971, 981, 995; —

síbi: Andr. 341; Eun. 623, 627; Haut. 383; Phorm. 843; Hec. 390, 461; Adel. 865; —

2. ego: Andr. 519, 834, 850, 962; Eun. 249, 762, 947, 958, 1081, 1086; Haut. 316, 579, 607, 631, 663, 944, 956, 1032, 1033; Phorm. 189, 519, 534, 545, 844, 1031, 1052; Hec. 282, 559, 564, 610; — Adel. 161, 568, 859, 876, 877, 972; — egon: Andr. 384; —

mihi: Andr. 335, 521, 920, 926; Eun. 655, 1058, 1069; Haut. 384, 876, 884, 1041; Phorm. 158, 532, 560, 844; Hec. 847; Adel. 164, 557; —

tibi: Andr. 325, 328, 352, 822; Haut. 315, 331, 336, 966; Phorm. 341, 859; Hec. 400, 746 (bis), Adel. 978.

sibi: Andr. 375; Haut. 952; Hec. 871; Adel. 200, 865, 958.

d) in octonario iambico:

1. égo: Andr. 186, 200, 506, 508, 536, 944; Eun. [562. Ex coniectura Fleckeiseni], 651, 781; Haut. 229, 619, 1006; Phorm. 478, 713, 808; Adel. 219; —

égon: Andr. 943; —

míhi: Andr. 596, 958 (Dziatzko hunc versum trochaice metitur); Eun. 577, 727, 728, 731, 792; Haut. 219, 222, 228, 230, 399; Phorm. 248, 810; Hec. 203, 322, 593, 595, 606; Adel. 272, 337; —

tíbi: Andr. 205, 499, 599; Eun. 565, 785, 786; Haut. 210, 221, 616, 988; Phorm. 162, 813; Hec. 583; Adel. 177, 179, 191, 192, 223, 337; —

síbi: Andr. 191; Eun. 782, Haut. 615; —

2. ego: Andr. 596, 612; Eun. 293, 309, 562, 1043; Haut. 191, 257, 614, 986, [993. Libri habent: „ergo“], 1009; Phorm. 837; Hec. 586; Adel. 192, 194, 196, 213, 221, 256, 283, 286, 348, 538, 938, 946; egon: Andr. 504, 584, Adel. 185.

mihi: Eun. 308, 319, 556, 578, 1045; Haut. 183, 217, 618, 673, 980, 1007; Phorm. 165, 173, 234, 492, 714; Adel. 599, 944; —

tíbi: Andr. 493; Eun. 792; Phorm. 171; Adel. 226, 273;
sibi: Andr. 402; Adel. 262, 595; —

e) in octonario trochaico:

1. égo: Andr. 247; Eun. 216; Haut. 563; Hec. 281; —
míhi: Haut. 582; Adel. 617; —
tíbi: Eun. 745; Phorm. 179, 468; —
2. ego: Andr. 245; Haut. 563; Hec. 524; Adel. 165; —
mihi: Phorm. 153, 156, 187; —
tibi: Eun. 749; —

f) in ceteris numeris:

In quaternario iambico: ego: Andr. 252.
In trochaico dimetro: ego: Hec. 850.

Qualis fuisset norma veterum poetarum scaenicorum in his vocabulis dimetiendis, permultum disceptatum est a viris doctis. Ne singulorum quidem sententiae constare videntur. Quaeritur, quatenus poetae syllabam finalem longam servaverint. Quotiens Ritschelius, qui in Plautino usu investigando primariam operam posuit, iudicium suum de hac re factum mutaverit, Andreas Spengelius (T. Maccius Plautus pag. 55 seqq.) docet. Hic vir diligenter in vocabula „mihi, tibi, sibi“ inquisivit exemplisque, quae in Plauti fabulis inveniuntur, investigatis, ad hunc exitum pervenit, ut diceret, formas „mihī, tibī, sibī“ in omnibus comoediis et in omnibus numerorum generibus exstare. — In Terentii fabulis numerum formarum non correptarum perexiguum, immo fere nullum esse pro ingenti correptarum multitudine ex exemplis allatis intellegitur. Nonnulli versus, in quibus poeta huius generis vocabulum fortasse pro iambo habuerit, tam dubii sunt propter librorum discrepantiam, ut ex eis certi nihil colligi possit. Quam ob rem hos locos uncis inclusi. Alii loci sunt, quibus cum iambica tum pyrrhichica vocabulorum mensura probabilis sit. Cum igitur decerni non possit, utram metiendi rationem Terentius adhibuerit, hos quoque locos uncis includere mihi visum est. — Ceterum, si iambicam mensuram

statuimus, censendum est sine dubio, ictum rhythmicum, ut syllabae ex origine longae, sed paulatim correptae, longae pretium servaretur, multum valuisse, nam omnibus illis locis vocabulorum syllaba finalis in arsi posita est. Quod attinet ad exempla formarum correptarum, locis incertis omnes virorum doctorum sententias examinare plane supervacaneum mihi videbatur esse, cum exemplorum certorum copia tanta sit, ut ex his satis cognoscatur, qua ratione Terentius in his vocabulis metiendis usus sit. — Inter duodecim locos, quibus poeta voces iambice usurpasse possit, octo sunt, quibus haec vocabula in septenario vel octonario iambico ante diaeresim locum obtineant. Sed hîc ancipitem syllabam admissam esse constat. Restant igitur quatuor exempla certa. Voci „tibi“ ter in senario, semel in septenario trochaico iambi pretium datum est. Formae „mihi“ et „ego“, nisi ante diaeresim, nusquam iambicae sunt.

F. Voces iambicae, in quibus duae vocales se contingunt.

Guil. Christius in libro de re metrica Graecorum et Romanorum conscripto de synizesi apud veteres Romanorum poetas scaenicos (pag. 30) haec dicit:

„Plautus und die altrömischen Bühnendichter überhaupt ziehen regelmässig die zusammenstossenden Vocale in dein und deinde dehinc proin proinde deorsum seorsum in eine Sylbe zusammen und lassen sehr häufig Synizesis eintreten in meus deus tuus suus duos ea eadem und ihren Casus, ferner in postea antea eamus eatis eunt anteire introire coimus praeoptare eicere reicere rei dehortatus deosculari cui cuius huic huius fuerunt fui fuisse duellum puella cluens . . . Ungewöhnlich war auch bei den altrömischen Bühnendichtern die Vereinigung eines i mit nachfolgendem Vocale. In den Versmassen des Dialogs findet sich dieselbe bei quoniam diu dies scio sciam scias priusquam trium; in den Anapästen verbindet sich auch das i mit Declinationsendungen, wie in filios nuptias gaudium gratias u. ä.“

Idem plurimi viri docti de hac re sentiunt. Omnino igitur de vocabulis iambicis huius generis mihi non agendum esse forsitan dixeris, quippe quae synizesi pronuntientur, non corripiantur.

Sed exstitit, qui in illis vocabulis omnibus synizesim adhibendam esse acerrime negaret. C. F. W. Mueller in libro, cuius supra mentionem feci, (pag. 456) de synizesi apud comicos Romanorum poetas has leges proposuit:

„Wirkliche Synizese kennt die Sprache der Komiker nicht ausser in „i" mit vorhergehendem Vocal . . . E verschmilzt der allgemeinen Annahme nach durch Synizese mit den Casusendungen a (m), o (m), u (m), in is und idem, meus, tuus, suus, deus, ferner in eo, eam, eas, eamus, eatis, eant, eunt. Weil jedoch Wörter gleicher Quantität, in denen aber die betreffenden Vocale durch Consonanten getrennt sind, im Verse genau dieselbe Geltung haben, wie jene, so haben wir geschlossen, dass kein Grund vorliege z. B. méa re anders zu erklären, als bóna re." Pag. 468 vir doctus dicit:

„U verschmilzt nur mit folgendem i durch Synizese in hui, . . . huic, cui (quoi), welche Wörter nur einsilbig gewesen zu sein scheinen, wenn die erhebliche Mehrzahl der Stellen entscheidend ist."

Mueller igitur formas „tui, sui, tuis, suis" non synizesi pronuntiatas esse iudicat, sed eas tantum voces — si bene eum intellexi, — in quibus vocalem „i" vocalis „a" aut „e" antecedat. Haec vocabula, de quibus Mueller ceterique viri docti idem sentiant, a me omitti, manifestum est. Quod attinet ad reliquas voces iambicas, in quibus duae vocales se contingunt, Leppermannus causis satis me iudice validis ostendit, in his quoque synizesim apud Plautum esse statuendam. Equidem etiam apud Terentium rem diligenter explorare studebo; forsitan mihi, ut novam synizesis constituendae causam adiiciam, contingat. — Ussingius et Klotzius iudicia sua interposuerunt sententiis Muelleri et ceterorum virorum doctorum. Ussingius correptionem, quam Mueller statuit in illis vocabulis, non improbat, sed synizesis non minus verisimilis ei videtur esse. Similique modo iudicat Klotzius, cum dicit (Grundzüge etc. pag. 44/45):

„Dass Synizese wie eo, meos, deos u. ä. zu verwerfen und immer ĕŏ, mĕŏs, dĕŏs mit Verkürzung der Endsilbe zu messen sei, meint mit Müller auch L. Havet, metrique a. O. S. 142, während Ritschl und Andere sie verfochten. Es waren entschieden beide Messungen zulässig . . ."

Sed transeamus ad exempla afferenda! In singulis numeris primo loco ponam vocabula in vocalem, secundo vocabula in diphthongum „ae", tertio vocabula in „s" exeuntia. Voces, in quibus prior vocalium coeuntium „i" est, excipiam a ceteris easque ultimo loco commemorabo.

I. Formae synizesi non pronuntiandae

(„non correptae" secundum Muellerum).

a) in senario:

1. meá: Adel. 427; — meó: Andr. 153;
   suá: Phorm. 261; —
   tuaé: Eun. 886; —
   eás: Hec. 147; meás: Haut. 137; — tuís: Phorm. 672;
   diés: Eun. 193; Haut. 752; Hec. 177, 421; —
   viá: Phorm. 310; Hec. 73; —
2. ea: Andr. 94 (ĭn ea); Haut. 768 (ĕt ea); —
   Hec. 190 (hĕri ea); — eo: Andr. 15 (ĭn eo); Adel. 49 (ĭn eo); —
   eas: Eun. 33 (sĕd eas); — Hec. 178, 180; Adel. 752. (Tribus his locis scriptum est: „intĕr eas").
   eos: Haut. 142 (nĭsi eos); [Adel. 827. Hic locus certus non est, cum Bembinus — quem Spengelius secutus est, — vocabulum „eos" non exhibeat]; —

b) in septenario iambico:

1. eá: Hec. 348; meó: Hec. 816 (ante diaeresim); —
   suó: Hec. 795 (ante diaer.); tuá: Andr. 689 (ante diaer.); —
   tuaé: Hec. 245 (ante diaer.); —
   deós: Andr. 694; [Phorm. 764.]
   eós: Andr. 575 (ante diaer.); —
   viá: Eun. 322; Haut. 706; Hec. 828.

2. Exemplum non exstat.

c) in septenario trochaico:

1. eó: Adel. 698 (vérum eó vereor); —
meá: Hec. 476; — tuó: Andr.´ 179; —
tuaé: Haut. 967; — eás: Adel. 581 (Scío ubi eás praetérieris); — eós: Adel. 704 (nám tibi eós certó); — meás: Andr. 609; —
dié: Adel. 965.
2. ea: Eun. 1029 (ăb ea); Hec. 235 (ĭn ea); Hec. 554 (ăb ea); — eo: Hec. 402 (ĭn eo); Hec. 560 (ĭn eo); Adel. 574 (ŭbi eo); Eun. 795 (cŭm eo); Haut. 335 (quĭd eo); —
eas: Hec 479 (intĕr eas); eos: Andr. 852; Eun. 726 (intĕr eos); Haut. 711 (ŭt eos); —

d) in octonario iambico:

1. eá: Eun. 573 (Quíd ex eá re tándem); —
tuás: Adel. 536; — tuís: Adel. 176; —
viá: Hec. 569; —
2) ea: Andr. 587 (sĕd ea); Eun. 309 (ĭn ea); Haut. 1007 (ĭn ea); — eo: Eun. 572 (cŭm eo); —
eas: Hec. 305; 313; (utroque loco: „intĕr eas")
eos: Eun. 734 (intĕr eos); Adel. 312 (ĭn eos); —

e) in octonario trochaico nullam vocem huius generis legi.

f) in ceteris numeris:

In quaternario iambico: ea: Eun. 215 (ăb ea).

II. Formae synizesi pronuntiandae.

(„correptae" secundum Muellerum).

a) in senario:

1. éa: Andr. 385, 433; Haut. 850; Hec. 705; [Phorm. 404. Locus incertus.]
éo: Andr. 719; Haut. 554; Phorm. 605; Hec. 425 (Hoc loco

vox „eo“ synizesi vel ideo pronuntianda est, ut vitetur falsus proceleusmaticus ⏑́⏑⏑⏑); Adel. 49; —
méa: Eun. 320; Adel 65; — méo: Eun. 971; Adel. 52; — súi: Andr. 880; — [súo: Eun. 935];
túa: And. 658; — túo: Haut. 823; —
méae: Eun. 898; — súae: Andr. 95; —
túae: Andr. 296; —
déos: Phorm. 311; éas: Andr. 727; Eun. 31;
súos: Andr. 806; —
vía: Haut. 101 (Dziatzko, qui priori vocabuli syllabae ictum dat, non synizesim, sed correptionem statuit in hac voce); —

2) duo: Adel. 823; ea: Andr. 392; 547; Hec. 105;
eo: Andr. 49; Eun. 97, 690; Haut. 787; Phorm. 641;
mea: Haut. 41; Hec. 28, 55; Adel. 881; —
meo: Haut. 148 [ib. 429. Locus incertus].
sua: Eun. 481; Adel. 75; — suo: Adel. 21; —
suae: Hec. 446; —
deos: Andr. 538, [ib. 664. Locus dubius];
tuis: Phorm. 430; —
dies: Hec. 185; —

b) in septenario iambico:

1. éa: Hec. 737. [Locus non certus]; éo: Hec. 262; —
súa: Phorm. 785; — súo: Hec. 820; —
méae: Phorm. 820; Hec. 257; —
déos: Hec. 772 (bis); —

2. eo: Haut. 740; Adel. 844; — sua: Andr. 692; Phorm. 761; Adel. 710; — [suo: Phorm. 491]; —
dies: Andr. 705 (post diaeresim); —

c) in septenario trochaico:

1. éa: Haut: 1036; — éo: Hec. 539; —
méa: Phorm. 335, 533; Adel. 959; —
méo: Andr. 843; Phorm. 1033; Hec. 225; Adel. 875.
súa: Phorm. 484; Hec. 478; —
[súi: Adel. 333. Huius versus mensura certa non est. Fleckeisenus et Spengelius ita eum dimetiuntur:

„Quí se in suí gremió positúrum etc.“

Quam mensuram si sequimur, vocabulum „sui“ synizesi pronuntiemus necesse est ad falsum proceleusmaticum evitandum. — Ceteri Terentii editores hac metiendi ratione utuntur:

„Qui se ín suí gremió positúrum etc.“]

súo: Adel. 958 („Suó sibi gládio etc.“ Nisi vox „suo“ hoc loco synizesi pronuntiatur, proceleusmaticus ⏑́⏑⏑⏑ exoritur, qui in initio versus interdum sane admittitur, sed, ubi fieri potest, vitandus est procul dubio.); —

túa: Haut. 646; túi: Hec. 219; Adel. 683; Eun. 802; túo: Phorm. 849, 1053; Adel. 974; —

méae: Phorm. 201; súae: Hec. 812; —

déos: Adel. 298; — éas: Phorm. 1039; méos: Haut. 1027; — súis: Phorm. 213; — súos: Andr. 969; túis: Andr. 975; Haut. 1037; — túos: Hec. 239.

2. ea: Haut. 1013; Hec. 617; — eo: Phorm. 201; Hec. 474; — mea: Haut. 315, 1067; Phorm. 563; Adel 629; — meo: Eun. 231; Phorm. 1031; —

suo: Hec. 531 (Codices hunc locum sic exhibent: „temporé suo pépererit.“ Vocis „tempore“ terminatio „e“ brevis est.“ Spengelius talibus locis syllabas natura breves ictu rhythmico longas fieri existimat, quae sententia mihi non probatur. Fleckeisenus pro „tempore“ coniecit „tempori“, quod vocabulum ultimam syllabam longam habet. Sed hanc coniecturam, quamvis levis sit, recipere dubito, cum supervacaneam eam esse censeam. Nihil enim equidem, ut iam supra indicavi, obstare puto, quominus vocabula in libris tradita sic metiamur:

„tempor$\breve{e}$ s$\breve{u}\bar{o}$ pépererit“?

Hoc igitur exemplum, si mea sententia vera est, in numero formarum synizesi non pronuntiandarum habendum est.)

tua: Phorm. 1016 (De hoc loco, quo forma „tua“ ante diaeresim posita est, infra plura dicam); Hec. 618 (Fleckeisenus hunc versum sic metitur:

„Néscias: verúm tuá re fért nil, utrum illaec fécerint.“

Sed praeferenda mihi videtur esse mensura, qua plurimi editores usi sunt:

„Néscio: verúm tua ré fert nil, utrum illaec fecerint.")
tua: Hec. 810; — tuo: Andr. 851; Phorm. 1039, 1049;
meae: Haut. 646; —
deos: Andr. 834; Adel. 699 — eos: Adel. 875 (íta eos mé);
tuis: Phorm. 543. (Vox „tuis" ante diaeresim posita est.)
[dies: Eun. 793. De hoc loco supra, cum agerem de vocabulo „mihi", iam dixi.]

d) in octonario iambico:

1. éa: Andr. 198; Hec. 299; [Adel. 346. Vocem „ea", quae in libris scripta non est, Fleckeisenus verborum conexui inseruit.]; —
éo: Haut. 183; Phorm. 171;
méo: Andr. 263; Haut. 259, 401; Hec. 865; [Adel. 313. „Meo" ex coniectura Bothii]; —
súa: Haut. 216; — súo: Hec. 302; —
túa: Andr. 941; Hec. 591; túi: Haut. 400; —
túo: Hec. 583; —
méae: Haut. 669; —
déos: Adel. 275; — éos: Hec. 311; — méas: Hec. 303; Adel. 536; súas: Phorm. 836; — túas: Phorm. 835; Hec. 592; —

2) ea: Andr. 200; — eo: Phorm. 247; 745; —
mea: Hec. 591, 593; — meo: Eun. 1038; —
tua: Phorm. 723; Adel. 214; — tui: Haut. 1020; —
tuo: [Andr. 535]; Phorm. 817; Hec. 586; Adel. 217; [ib. 946. Ex coniectura Bentleii]; —
meae: Hec. 585 (ante diaeresim: „ét meae"); —
deos: Andr. 487; eas: Eun. 385; eos: Eun. 665; —
meos: Hec. 578; — [suas: Hec. 201. Coniectura Fleckeiseni]; —
dies: [Andr. 189. Locus incertus]; ib. 705.

e) in octonario trochaico:

1. túi: Hec. 534; — méae: Phorm. 736; —
2. tuis: Hec. 526; —

f) in ceteris numeris exemplum non invenitur.

Omnibus exemplis allatis comparemus iam vocaburolum non iambice usurpatorum numerum cum numero eorum, quos poeta pro iambo habuerit! Vocabulorum in vocalem exeuntium 36 formae iambicae stant contra 104 non iambicas, vocabulorum in diphthongum „ae“ desinentium 3 iambicae contra 12 formas non iambicas, vocabulorum littera „5“ terminatorum 27 formae iambicae contra 35 non iambicas. — Hoc loco mihi liceat verba in memoriam revocare, quae Mueller de vocabulis „meus, tuus, suus, deus etc.“ fecit: „Weil Wörter gleicher Quantität, in denen aber die betreffenden Vocale durch Consonanten getrennt sind, im Verse genau dieselbe Geltung haben, wie jene, so etc.“

Si duo haec vocabulorum genera in versu paris essent pretii, procul dubio etiam similes, ne dicam iidem correptionis fines eis essent. Sed videamus, num revera in eis numeri formarum iambicarum et non iambice usurpatarum eadem sit ratio. Tabella hanc rem illustret!

	Voces in vocalem exeuntes		Voces in dipht. „ae“ exeuntes		Voces in „s“ exeuntes.	
	iambicae	non iamb.	iambicae	non iamb.	iambicae	non iamb.
Voces, in quibus vocalem syll. finalis consonans antecedit.	75	16	5	0	39	6
Voces, in quibus duae vocales se contingunt.	36	104	3	12	27	35

Quam tabellam si consideraverimus, persuadebimus nobis, fieri non posse, ut poeta correptionem adhibuerit, ubi vocabula iambica non sint. Cum enim in vocabulis, in quibus vocalem syllabae finalis consonans antecedit, numerus formarum correptarum exiguus sit pro numero non correptarum, in vocibus, de quibus agimus, longe praevalent loci, quibus formae non iamibcae sint. Longe alia est igitur dimetiendi ratio in illis atque

in his, ut valde Mueller erraverit, cum duo haec vocabulorum genera in versu paris pretii esse iudicaret. —

Qua re exposita causas examinare mihi liceat, quibus Mueller utitur ad synizesim improbandam. In libri sui pagina 457 vir doctus haec dicit:

„Es bleibt uns noch der Beweis übrig, dass sie [die Synizese] unmöglich ist, den wir dann geführt zu haben glauben, wenn wir nachweisen, dass die in Rede stehenden Wörter nie so gebraucht werden, wie nothwendig wäre, wenn sie der Synizese unterlägen. Wenn so ausserordentlich häufige Wörter, wie eo, meo, eo u. s. w. einsilbig hätten gebraucht werden dürfen, so wäre es wohl ziemlich unausbleiblich, dass sie auch hin und wieder an solchen Versstellen ständen, an denen sie als einsilbig kenntlich wären, z. B. am Versende: átque meo." —

In fine versus sane nullum huius generis vocabulum monosyllabum mihi occurrit, — hoc loco enim voces monosyllabae omnino vitari solent, sed duos alios locos invenisse mihi videor, quibus huiusmodi formam una syllaba pronuntiemus, necesse sit. Phormionis versus 1016 hic est:

„Nám neque néglegéntiá tua néque odio íd fecít tuó."

Similis est res in Phormionis versu 543:

„Nón triúmpho, ex núptiís tuis sí nil nanciscór malí."

Duo hi versus septenarii trochaici sunt. In utroque de quo agimus vocabulum thesim ultimi ante diaeresim pedis efficit, in quo constituendo poetae propriam legem servaverunt. Audiamus Christium (Metrik p. 296):

„Die altlateinischen Bühnendichter haben den Vers (den trochäischen Septenar) viel freier behandelt, indem sie an allen Stellen mit Ausnahme der vorletzten eine zweifelhafte Sylbe zuliessen und selbst den stellvertretenden Daktylus nicht ganz ausschlossen. Nur am Schluss des ersten Kolon war die Freiheit gewissen Beschränkungen unterworfen; fiel nämlich die Cäsur nach der Senkung des vierten Fusses, so konnte derselbe nur die Form eines Trochäus oder Spondeus haben." —

In versibus illis post „tua" et „tuis", non post „neglegentia" et „nuptiis" diaeresim esse, verborum conexus satis demonstrat.

Duobus his locis ut vocabula nostra synizesi pronuntiemus, non solum fieri potest, sed etiam necesse est. Novam igitur synizesis statuendae causam deprehendisse mihi videor. Praeterea considerandum est meo iudicio, in vocabulis „meo, tuo etc.“, etiamsi in versu pro monosyllabis haberentur, duas vocales non eodem modo pronuntiatas esse, quo simplicem vocalem, sed ita, ut utriusque sonus audiretur. Ex hac re primum elucet, haec vocabula in fine versus minus fuisse apta, porro etiam causa intellegitur, cur tales voces tam raro cum insequenti vocali synaloephe coniungebantur. Maximam offensionem huiusmodi vocabuli synaloephe cum brevi vocali habebat. Haec Mueller non respexit, cum pergit in argumentatione sua:

„Doch das könnte vielleicht Zufall sein. Aber unmöglich kann das Zufall sein, dass sich zwar unzählige Male wie quídem animus, so méo animo und dergl. findet, hingegen ein dreisilbiges meo animo grade so schlecht verbürgt ist, wie quidem animus als Tribrachys.“ — Synaloephe cum longa vocali minus erat insueta. Loci, quales sunt „mea Antiphila, meo ārbitratu etc.“ saepius inveniuntur.

Ex his, quae dixi, satis elucet, quam infirmae sint causae a Muellero contra synizesim allatae. Restat, ut paucis verbis iudicium meum de vocabulis, in quibus duae vocales se contingunt, comprehendam. Persuasum mihi est, has voces omnibus locis, quibus iambi pretium non habeant, synizesi esse pronuntiandas. Dissentio igitur a Klotzio, qui cum correptionem, tum synizesim in eis usitatam fuisse censeat. Ceterum quod attinet ad vocabula, in quibus prior vocalium coeuntium „i“ est, commemorandum mihi videtur esse, in his synizesim admodum raram fuisse. Inter quatuordecim enim locos, quibus huius generis vox invenitur, quatuor tantum sunt, quibus formae non iambicae sint.

(Cfr. de synizesi: W. Corssen: Ueber Aussprache etc. II[2] 744 seq. Beiträge zur italischen Sprachkunde pag. 455. Corssenus etiam grammaticorum praecepta etc. Muelleri sententiae obstare docet.)

Coniugationis formae.

A. Voces iambicae in vocalem exeuntes.

(praeter eas, quarum vocalem in fine positam alia brevis antecedit.)

I. Formae non correptae.

a) in senario:

1. amó: Phorm. 54; — dabó: Phorm. 670; — negó: Phorm. 383; — putó: Eun. 930; — rogó; Andr. 124; — voló: Andr. 29; Phorm. 950; (Hunc versum, in quo commutatio quantitatis eiusdem vocabuli perspicue cognoscatur, totum afferam:
„Noló, volŏ; volŏ, nólo rúrsum; cápe cedó.")
manè: Andr. 760, [Phorm. 217. Bembinus et duo libri recensionis Calliopianae hunc versum sic praebent:
„Mane ínquam. Egomet me nóvi et peccatúm meum"
Qua in scriptura editores recentiores praeter Fleckeisenum acquieverunt et recte quidem me iudice, nam vox anapaestica (ĕgŏmĕt) in· secundo versus pede tam insueta non est, ut coniecturae opus sit.

Fleckeisenus in initio versus codices recentes secutus est, qui praeter duos illos cum Bembino consentientes hanc lectionem exhibent:

„Mane, mane inquam."

Pro „egomet" vir ille doctus cum Bothio „ego" scribit. Sic igitur totus versus apud Fleckeisenum exstat:

„Mané, mane inquam. Ego me nóvi et peccatúm meum."

Vox anapaestica sane tali ratione deleta est, sed in primo versus pede mensura statuitur, quae meo quidem iudicio ferri non potest. Fleckeisenus enim versum sic metiri coactus est:

„Manĕ, măne inquam. Égo me nóvi etc.“

„Correptio vocabuli „mane“ per se quidem nihil offensionis habet, sed ea tantum condicione probabilis est, ut syllaba correpta alteram partem efficiat aut dissyllabae thesis aut solutae arsis. Nunquam autem in priore solutae arsis parte haec mensura ferenda est. — Fortasse Fleckeisenus, ut vocabulum „mane“ bis poneret, etiam ea re permotus est, quod persuasum habebat, dici non posse „(mane), inquam“, nisi imperativus verbi manendi iam praeiisset. Sed verba „Quo abis?“, quae praecedunt, hoc loco quasi imperativi vim habent idemque fere significant ac vox „mane“. — Mea quidem sententia scriptura „Mané, mane inquam“ coniectura Calliopii est, qui enuntiatum, quod praecedit, non satis respexit. Ego igitur cum plurimis editoribus scripturam „Mane, ínquam“ genuinam esse censeo.]; — iubé: Eun. 836; — tacé: Eun. 834; valé: Eun. 190; Hec. 197; — darí: Haut. 847; — dedí: Haut. 456; Phorm. 1039; — morí: Eun. 66; — patí: Eun. 52; —

2. amo: Eun. 186; Haut. 360; — ero: Haut. 872; — habe: Phorm. 435; —

b) in septenario iambico:

1. paró: Haut. 1002; — voló; Andr. 700; Eun. 614; abí: Phorm. 777; — mané: Haut. 736; Hec. 745; — vidé: Phorm. 762; (Omnia haec vocabula ante diaeresim collocata sunt); —

2. Exemplum non exstat.

c) in septenario trochaico:

1. amó: Adel. 701; — emó: Haut. 611; — paró: Eun. 249; — voló: [Haut. 1027. Locus non prorsus certus] Haut. 1065; Hec. 396; Adel. 555; — mané: Haut. 613; — vidé: Haut. 600; —

2. abi: Hec 557; —

d) in octonario iambico:

1. amó: Phorm. 165; — feró: Andr. 610; — [mané, Andr. 682. Locus dubius]; abí: Andr. 255; — morí: Eun. 772; —

2. abi: Adel. 620; — vide: Adel. 343; — dari: Adel. 346 (In Adelphorum versu 343 scriptum est: Sostratá vide quám" et in versu 346: „pro vírginé dari núptum"

Spengelius his locis metitur: „Sostrată vidĕ quám" et „pro vírginĕ darĭ núptum."

Vir ille doctus enim — ut supra iam commemoravi — syllabas natura breves ictu rhythmico longas factas esse iudicat."

Quae sit mea sententia de talibus locis, iam exposui. Ego metior:

„Sostrată vĭdē quam" et „virginĕ dărī núptum".

Spengelii mensura his locis eo magis improbanda mihi videtur esse, quod correptionem vocabulorum „vide" et „dari" statuere coactus est, quae certe vitanda est, ubicunque fieri potest.) —

ago: Andr. 614; — ero: Eun. 781; — oro: Andr. 190.

e) in octonario trochaico exemplum frustra quaesivi.

f) in ceteris numeris:

In tetrametro bacchiaco: darí: Andr. 484.

II. Formae correptae.

a) in senario:

1. ágo: Haut. 343; Phorm. 447; — rógo: Andr. 753; Eun. 341; —
   ábi: Eun. 499; Phorm. 59, 712; [Hec. 726. Ex coniectura Fleckeiseni]; — cáve: Haut. 302, 826; —
   iúbe: Eun. 691; Phorm. 922; — móve: Eun. 912; —
   rédi: Haut. 349; — víde: Haut. 369, 374, 871; Adel. 239; —
2. dabo: Hec. 697 (in initio versus); —
   volo: Haut 789 (in initio versus); Phorm. 950 (post

moram quandam); Adel. 154 (in initio versus); — abi: Eun. 538; Phorm. 309, 445, 994; Adel. 765 (Omnibus his locis versus a vocabulo „abi“ incipit.); —

cave: Andr. 760 (Hic est versus:

„Mané: cave quóquam ex istoc excessis loco.“

Klotzius (cfr. pag 58), quem vox iambica correpta sine ictu rhythmico, in secundo versus iambici pede collocata, offendit, hoc loco contra librorum consensum cum Donato pro „istoc“ scribit „isto“ itaque versum dimetitur:

„Mané: cavé éx quoquam isto éxcessís locó.“

Sed vir ille doctus ipse concedit, duas voces iambicas, quae primum et secundum versus pedem efficerent, magnam probabilitatem non habere. — Ceterum tantum abest, ut ego vocabulo correpto „manĕ“, in secundo versus pede posito, offendar, ut correptionem huius loci naturae plane convenire censeam. Primum enim de qua agimus vox post moram quandam collocata est, tum syllaba, quae sequitur, praecipuam sententiae vim habet.);

cave: Adel. 458 (Ante hanc vocem personae mutantur.);

iube: Adel. 908 („máceriám iubĕ dírui“ — Summa sententiae vis in syllaba „dí (rui)“ posita est. Sermo igitur approperat ad hanc syllabam ita, ut vocabulum „iube“ corripiatur.); Adel. 914 (in initio novi enuntiati.); —

mane: Adel. 467 } Ante has voces personarum mutatio
roga: Eun. 692 } facta est.

vide: Andr. 878 (In initio versus); —

tace: Eun. 489 (In primo versus pede); —

dari: Phorm. 261 (In initio versus).

b) in septenario iambico:

1. éro: Andr. 714; — cáve: Andr. 300; —

máne: Haut. 736 (Hic versus, qui totus afferatur, dignus est:

„Perii hércle. mănĕ, mané quo míttis, ístam quaéso.“

2. abi: Eun. 753; — iube: Haut. 737, 800
(Tria haec exempla in primo versus pede inveniuntur.)

c) in septenario trochaico:

1. éro: Hec. 218; — rógo: Andr. 358; —
ábi: Andr. 978; Haut. 249; Adel. 167, 564, 699, 703.
cáve: Eun. 799; — máne: Haut. 613, 890; Hec. 844;—
róga: Hec. 558; — vále: Phorm. 883; —
víde: Andr. 825; Phorm. 553; Hec. 484; —
2. volo: Hec. 753 (Cum vocabulum correptum „volŏ" in tertio versus pede inveniatur, Klotzius locum non sanum esse iudicat. Sed me huic viro docto in hac re non adstipulari, identidem iam commemoravi); —
cave: Haut. 1031 (Vulgaris huius versus mensura haec est:
„Ét cave pósthac sí me amás, unquam ístuc vérbum ex te aúdiam."
Sed Klotzius (pag. 51 et 58), quippe quem vocabulum iambicum correptum, in primo versus trochaici pede positum, offendat, aliter metitur versum:
„Ét cavé posthác si me ámas unquam ístuc vérbum ex te aúdiam."
Quae mensura, idcirco probabilis non est meo iudicio quod correptio vocabuli „amas" statuitur, quam certe vitandam esse, quantum fieri possit, infra apparebit); — vide: Eun. 224; Phorm. 346; Eun. 964 (Tribus his locis a voce „vide" novum enuntiatum incipit); Hec. 223 („át vide quam ímmerito". — Sermo hoc loco approperat ad vocem „ímmerito");
Adel. 550 (post moram quandam); —

d) in octonario iambico:

1. ábi: Andr. 255; Eun. 221; — máne: Adel. 264;
rédi: Adel. 190; — táce: Adel. 280; —
víde: Eun. 380; Haut. 212; Phorm. 803, 840; —
2. abi: Haut. 587, 588, 618; Hec. 314

(Omnibus his locis vox „abi" in initio versus invenitur); —
cave: Andr. 403 (In initio enuntiati); Haut. 187 (Personae mutatae sunt!); Adel. 170 (In primo versus pede); —
iube: Adel. 285; — vide: Andr. 399 (post diaeresim et personarum mutationem);
dari: Adel. 211.

e) in octonario trochaico:

1. ábi: Hec. 610; — cáve: Eun. 751; — víde: Hec. 841; —
2. tace: Haut 580 (Ante hoc vocabulum personae mutatae sunt); —

f) in ceteris numeris nullam huius generis vocem inveni.

Si exempla allata computamus, stant 50 formae non correptae contra 87 correptas. Praevalent igitur voces correptae. Frequentissimus est numerus imperativorum correptorum. Cuius rei quae causa mihi videatur esse, breviter exponam. Imperativorum natura ac vis secum fert, ut in initio enuntiatorum ponantur. Saepissime autem enuntiata aut a primo totius versus pede aut in septenariis et octonariis a primo post diaeresim pede incipiunt. Sed hi ipsi sunt loci, qui a poetis maiore cum licentia formati sint vocibusque correptis sine ictu rhythmico maxime pateant. — Accedit aliud, quod pertinet ad vocabula correpta cum ictu in priore syllaba. Imperativi iussum exprimunt ita, ut persaepe summa sententiae vis in eis posita sit. Accentum grammaticum prior syllaba fert. Ubi igitur poetae formarum vim praecipue tolli volunt, verborum accentum cum ictu rhythmico consociant, itaque syllabae priori, natura brevi, ictus tribuitur, cum longa syllaba finalis corripiatur. — Paucae imperativorum formae non correptae cum ictu in syllaba posteriore eis potissimum locis inveniuntur, quibus purus iambus locum tenere solet. Commodissimum enim poetis erat, his locis vocabulum iambicum ponere. Ut exemplum afferam, quatuor imperativi non correpti, quos in septenario iambico inveni, pedem ante diaeresim efficiunt. — Ceterum cum im-

peratívorum syllabae finales, tum vocalis „o", qua prima persona. sing. praes. et fut. indicativi terminatur, etiam a poetis classici quod vocatur aevi interdum breves usurpantur. Huiusmodi vocabulis exceptis inter coniugationis formas vocali terminatas octo formae non correptae contra duas correptas leguntur. Longe igitur praevalent voces non correptae.

B. Voces iambicae in „s" exeuntes.

(praeter eas, quibus in mediis duae vocales se contingunt.)

I. Formae non correptae.

a) in senario:

1. abís: Hec. 495; — adés: Andr. 29 (Adés dum); — agás: Eun. 74; Hec. 197, 716; — erás: Eun. 86; — habés: Eun. 401, 415 (Omnes editores praeter Dziatzkonem hunc versum sic metiuntur:
„Eone és ferox, quia habés imperium in béluas?"
Dziatzko, — sine dubio propter caesuram versus — hac mensura utitur:
„Eone és ferox, quia hábĕs imperium in béluas?"
Sed formam correptam „hăbĕs" apud Terentium ferendam non esse infra apparebit.); —
habés: Eun. 695; Hec. 194, 644; — iubés: Adel. 924; Hec. 612; — monés: Hec 719; —
putás: Andr. 671; — rogás: Haut. 780; [Adel. 82
Hoc loco, ubi ex librorum scriptura in tertio senarii pede vocabulum iambicum „rogas" exstat, Brugmannus pro „rogas me" scripsit: „rogasne". Qua coniectura verborum accentus cum ictu rhythmico consociatur.]; Adel. 665; — tacés: Phorm. 1004; —
timés: Haut. 910; — vidés: Phorm. 621, 958; — volés: Haut. 872; —
2. abis: Hec. 496; Adel. 780; — ades: Adel 393 (quia ades praésens); — agas: Andr. 737; Phorm. 419; — [amas Eun. 160. In libris hic versus sic exstat:

„Nisi íllum plus amás quam me et istam núnc times."

Sed vocabulum iambicum „amas" in tertio versus pede in suspicionem vocandum est. Probabilis mihi videtur esse lenis coniectura Bentleii, qui verba in codicibus tradita sic transposuit:

„Nisi si íllum plus quam mĕ ămās et etc."

Bentleium Fleckeisenus et Dziatzko secuti sunt, Umpfenbachius codicum scripturam servare non dubitavit]; —

ames: Eun. 193; — habes: Eun. 475, 695; Phorm. 997; —

b) in septenario iambico:

1. abís: Andr. 299; Haut. 696; — amés: Andr. 687; — habés: Andr. 710; — iubés; Phorm. 795; — putás: Haut. 741; — solés: Phorm. 784; —

(tacés: Eun. 560. Hic versus corruptissimus est, sed videtur in initio „quíd tacés" legendum esse.); — tenés: Haut. 700; — velís: Hec. 259; — vidés: Eun. 272; — volés: Eun. 596; Haut. 705; —

2. Exemplum non exstat.

c) in septenario trochaico:

1. adés: Andr. 344 (adés, resiste); —

agás: Eun. 795; Haut. 642; — amás: Haut. 1031; Phorm. 504; — amés: Adel. 681; — habés: Haut. 654, 1039; Hec. 805; — negás: Andr. 909; — pavés: Andr. 349; — potés: Phorm. 197 (potés verbo); — sinás: Haut. 317; — studés: Eun. 950; — velís: Haut. 721; — vidés: Andr. 322; Haut. 1013; Andr. 373; — volés: Andr. 848, 976; Phorm. 1043; —

2. abis: Eun. 803, 224, 965; Phorm. 322, 346, 552; —

d) in octonario iambico:

1. cavés: Haut. 235; Adel. 173; — habés: Phorm 169; — potés: Andr. 597 (potés nunc);— rogás: Eun. 574, 653; — timés: Adel. 290; —

2. ages: Adel. 343; — ames: Eun. 309; —

e) in octonario trochaico:

1) tacés: Hec. 527 (Codices, praeter Bembinum, hunc versum sic praebent:

„Peperit filia? hem, taces? ex quo? MY. Istuc patrem rogare est aequom?"

Bentleius, cui Mueller (cfr. Plaut. Pros. pag. 213 seq.) assentiri videtur, ex „taces" coniecit „tacen", scilicet ut correptio vitetur. Sic enim dicit:

„Hem, taces? ex quo) Sic libri. Sed ‚Taces' vix corripiat posteriorem. Repone, Hem tacen. Tacen, Viden, brevia sunt." Sed plane supervacanea mihi videtur esse Bentleii coniectura, nam correptio vocabuli „taces" statuatur me iudice necesse prorsus non est. Constat litteram „m" in fine brevium syllabarum Plauti et Terentii aetate tam tenuiter esse pronuntiatam, ut a consonanti excepta non semper positionem efficeret. Mensura „pătrĕm rogáre" improbanda igitur non est. Quae res cum ita se habeat, versum illum sic metior:

„Péperit filia? hém, tacés? ex quo? MY. ístuc pătrĕm rogáre est aequom?"

Klotzio (pag. 59) placet codicem Bembinum sequi, in quo versus 526 et 527 tres versus sunt, quorum primus in „taces", secundus in „censes", tertius in „obsecro" exit. In hoc igitur codice vocabuli „taces" terminatio „es" in fine versus invenitur, quo loco syllaba anceps admittitur. Sed quomodo tres illi versus metiendi sint, Klotzius non docet. Mihi quidem hoc plane obscurum est.)

2. Nulla vox legitur!

f) in ceteris numeris:

In tetrametro bacchiaco:

1. rogés: Andr. 637.

2. Exemplum non invenitur.

II. Formae correptae.

a) in senario:

1. Exemplum non exstat.
2. ades: Hec. 510 (ades aút); —

b) in septenario iambico nullum vocabulum huius generis inveni.

c) in septenario trochaico:

1. potes: Andr. 333 („pótes aut") — Spengelius, qui in brevi syllaba „es" offendisse videtur, pro „potes" coniecit „potĭs" sc. „es" (potis es=potes) — Phorm. 553 (pótes aut); —
2. exemplum non invenitur.

d) in octonario iambico frustra huiusmodi vocem quaeras.

e) in octonario trochaico exemplum non exstat.

f) in ceteris numeris nullum exemplum invenitur.

Allatis exemplis primum agere mihi liceat de vocibus „ades" et „potes", quas idcirco respexi in commentatione mea, quod a Muellero in numero vocabulorum natura iambicorum habentur. Ego mihi persuasi, syllabam finalem „es" a Terentio non iam longam esse servatam. Quinquies sane haec syllaba pro longa est, sed omnibus his locis voces a consonanti excipiuntur ita, ut positione iambicae factae esse possint. Tribus locis, quibus vocabulum insequens a vocali incipit, syllaba „es" ex librorum scriptura brevis est. Quae res cum ita se habeat, apparet, prorsus sine causa Spengelium in Andriae versu 33 „potis" pro „potes" scripsisse. Quam ob rem vocabula „ades" et „potes", cum ex lege pyrrhichium efficiant, non respicienda mihi sunt in computandis exemplis. Quibus omissis nulla omnino vox in „s" exiens correpta invenitur apud Terentium. — Formae non correptae autem frequentissimae sunt, cum 84 exempla huiusmodi vocabulorum legerim.

Satis elucet ex his, quanta severitate Terentius in illis vocabulis dimetiendis usus sit.

C. Voces (iambicae) in „or“ exeuntes.

Tria omnino huius generis vocabula inveniuntur apud Terentium.

In senario:

sequór: Eun. 328 (Hoc loco scriptum est: „sequór fit“. Syllaba „or“ positione igitur longa reddita esse potest);

In septenario trochaico:

sequor: Hec. 879 („Parmenó. Sequor équidem“ — Hic, ubi vocabulum, quod sequitur, a vocali incipit, syllaba „or“ brevis est.)

In octonario iambico:

moror: Phorm. 718.

(Hic est versus:

„GE. Rem ipsám putasti. DE. Dúc me ad eum ergo. GE. Nón moror. CH. Ubi hoc égeris.“

Hoc loco syllaba finalis vocabuli „moror“ sane longae pretium habet, sed procul dubio hoc effectum est gravi interpunctione personarumque mutatione. — (Conferas velim, quae in praefatione dixi, cum agerem de voce „profuit“). — Nullus igitur locus est, quo syllaba „or“ per se longa sit apud Terentium, in dissyllabis scilicet vocabulis, quorum prior syllaba brevis est. In alias huius terminationis voces inquirere meum non est.

D. Voces iambicae in vocalem et consonantem „s“ exeuntes, in quibus duae vocales se contingunt.

I. Formae synizesi non pronuntiandae
(non „correptae“ secundum Muellerum).

a) in senario:

1. eó: Andr. 425; Phorm. 446; Eun. 629; — sció: Andr. 764; Adel. 486; — fuí: Eun. 847: — queás: Andr. 277; — sciás: Haut. 764.
2. eo: Hec. 432 (quĭd eo). —

b) in septenario iambico:

1) beó: Eun. 279; — queó: Phorm. 787; —
sció: Eun. 543; Phorm. 793; Hec. 350, 788, 877; —
2. Exemplum non exstat.

c) in septenario trochaico:

1. eó: Eun. 964; — sció: Andr. 964; Hec. 234: Adel. 680;
sciás: Eun. 355; Phorm. 1043; —
2. eo: Hec. 809 (quĭd eo);

d) in octonario iambico:

1. sció: Andr. 503, 611, 614; Phorm. 181; —
2. eas: Adel. 598. (Hic est versus:
„Sed quaéso ut úna mécum ad mátrem vírginís eas, Micio.“
Vocabulum „virginis“ in brevi syllaba finali ictum habet. Spengelius adnotat ad hunc locum: „virginīs mit langer Endsilbe in der Arsis.“ Sed identidem iam commemoravi, me negare cum Corssenio, syllabam natura brevem ictu longam effici posse. — Sic igitur hunc locum lego „vírginĭs ĕās, Micio“.) —

e. f) in octonario trochaico ceterisque numeris nullum exemplum exstat.

II. Formae synizesi pronuntiandae
(„correptae“ secundum Muellerum.)

a) in senario:

1. scío: Andr. 658; Eun. 350, 818; Adel. 250, 931; —
2. scias: Andr. 95.

b) in septenario iambico:

1. éo: Hec. 273; —
2. scio: Andr. 703; —

c) in septenario trochaico:

1. scío: Eun. 969; Haut. 396, 627, 957; Phorm. 541; Hec. 470; —
éas: Hec. 754.
2. scio: Hec. 398;

d) in octonario iambico:

1. scĭo: Eun. 567; —
2. scio: Andr. 563; —

e) in octonario trochaico:

1. Exemplum non inveni;
2. scio: Hec. 290; —

f) in ceteris numeris:

In dimetro trochaico: scĭo: Hec. 850.

Quin verbi eundi formae, sicut pronomina „ea, eo, eas, eos“ synizesi pronuntiandae sint, dubitare vix potest. Vocabula „queo, beo, fui“, nisi iambica non inveniuntur apud Terentium. Dubia forsitan res videatur esse in sciendi verbo. Formam „scio“ vicies novies legi: ter decies iambicam, sexies decies non iambicam. Vocem „scias“ quatuor locis inveni et tribus quidem iambice usurpatam. Locus, quo prorsus necessarium sit vocabulum „scio“ aut „scias“ synizesi pronuntiare sive ad falsum proceleusmaticum evitandum sive ob aliam causam, non exstat. Nihilominus ne in his quidem formis synizesim statuere dubitaverim consideratis eis, quae supra de similibus nominum formis dixi. Sed hoc respicias velim, synizesim duarum vocalium, quarum prior „i“ sit, multo rariorem esse, quam ceterarum vocalium coeuntium.

Particulae.

A. Voces iambicae in vocalem exeuntes

(praeter voces „ubi, ibi“ et eas, quarum vocalem longam in fine positam alia brevis antecedit.)

I. Formae non correptae.

a) in senario:

1. citó: Andr. 474 („Hui, tám cito? ridiculum . . .“ Spengelius de hoc loco dicit: „citō, weil nach diesem Worte eine kleine Pause der Rede eintritt, dagegen citŏ Adel. 443 im zusammenhängenden Satze.“ — Sed hanc vocem etiam in medio enuntiato iambicam usurpari, exemplum, quod sequitur, demonstrat) Haut. 375 („Sed quám citó sunt consecútae mulieres! . . .“)
herí: Eun. 169; — pié: Adel. 459; — probé: Haut. 770; — utí: Haut. 870; Adel. 755; —
2. heri: Andr. 85, 768; Haut. 519;
uti: Andr. 542; Eun. 117; Haut. 288, 296, 490, 524; Phorm. 896, 908; Hec. 164; Adel. 894.

b) in septenario iambico:

1. herí: Hec. 251; —
2. Exemplum non exstat.

c) in septenario trochaico:

1. citó: Andr. 928; — herí: Eun, 357; —
modó: Adel. 563. (Codices hanc lectionem praebent:

„Quem égo modo puerúm tantillum etc.“

Ego non faciam cum Bentleio, qui dicens:

„ictus non belle in finales syllabas cadunt,“ verba sic transposuit:

„Quém ego púerum módo tantillum etc.“

Ceterum de hoc loco infra fusius agam.)

2. heri: Hec. 237; uti: Haut. 460 (bis); Phorm. 322; [ib. 507. Bentleium secuti Fleckeisenus et Dziatzko hunc versum secluserunt.]

d) in octonario iambico:

1. probé: Eun. 376; [utí: Andr. 227, Hec. 859. Ex coniectura Fleckeiseni]; —

2. uti: Phorm. 181.

e) in octonario trochaico:

1. nulla vox huius generis reperitur.

2. uti: Eun. 748.

f) in ceteris numeris:

[In tetrametro cretico: modo: Andr. 630. Sed certi nihil ex hoc loco efficitur, cum vox „modo“ ante diaeresim collocata sit, ubi interdum syllaba anceps admittitur.]

II. Formae correptae.

a) in senario:

1. cíto: Adel. 443; — módo: Andr. 173; Haut. 457; Phorm. 68; Hec. 97; Adel. 87, 364; —
2. heri: Hec. 329 (In initio versus); —
modo: Eun. 185, 454; Phorm. 95, 670, 711; Adel. 423, 845;

b) in septenario iambico:

1. módo: [Eun. 282. Locus incertus]; Hec. 830.
2. modo: Andr. 685; Hec. 325; —

c) in septenario trochaico:

1. héri: Hec. 466; — módo: Eun. 714; [Adel. 202. Ex coniectura Bentleii, quem Fleckeisenus secutus est] [Adel. 205. Codices hunc versum sic tradunt:

„Id quoque possum férre, si modŏ réddat, quamquam iniúriumst.“

Quam lectionem servare Umpfenbachius non dubitavit. Sed hic vir doctus non respexit, quod in quarto septenarii trochaici pede, si post eum caesura fit, thesis dissyllaba esse non debet. Verba „sí mŏdŏ“ secundum hanc legem in quarto versus pede ferenda non sunt. Probanda est sine dubio coniectura Guyeti, quam Bentleius, Dziatzko, Fleckeisenus secuti sunt, sic scribentes:

„Id quoque possum férre mŏdo si reddat, quamquam iniúriumst.“

Sed cum haec mensura non librorum scriptura, sed coniectura nitatur, de quo agimus locum non respiciam in computandis exemplis.]

2. modo: Andr. 855, 899; Eun. 724, 766, 1050, 1073; Haut. 316; Phorm. 566, 865; —

d) in octonario iambico:

1. módo: Andr. 202, 207; Haut. 188, 617; Hec. 582 Adel. 289; —

2. modo: Andr. 309; Haut. 981; Hec. 208.

e) in octonario trochaico:

1. módo: Haut. 563; —

2. Exemplum non invenitur.

f) in ceteris numeris exemplum non exstat.

Consideremus iam, quid ex exemplis allatis efficiatur. Adverbia in „e“ exeuntia et particula „uti“ omnino non correpta sunt. Vox „heri“, quae sex locis iambi pretium habet, bis correpta invenitur, semel cum ictu in priore syllaba, semel sine ictu, in primo versus pede collocata. Vocabulum „cito“, quod quatuor locis exstat, semel correptum legitur cum ictu in priore syllaba. Singillatim agendum est de particula „modo“.

Syllaba finalis huius vocis ex origine quidem longa est, sed mature poetae eam corripere coeperunt. Apud Plautum formae correptue iam praevalent posteroque tempore syllaba finalis omnino pro brevi habita est. Apud Terentium nullus locus est, quo vocem „modo“ iambice metiri necessarium sit. In Andriae versu 630 hanc formam ante diaeresim tetrametri cretici positam esse, ubi syllaba anceps admittatur, iam supra commemoravi et quod attinet ad Adelphorum versum 563, septenarium trochaicum, hanc mensuram adhibendam esse censeo:

„Quem égo modŏ pŭerum etc.“ (cfr. Corssen, Ueber Ausspr. etc. II² 993. Ritschl weist nach, dass besonders in dem zweiten und dritten Fuss des trochäischen Septenars eine auslautende kurze Silbe als erste Kürze der aufgelösten Arsis stehe, und dass dann in der Verssenkung, die auf die aufgelöste Vershebung folgt, in der Regel eine kurze Silbe steht, also Vershebung und Verssenkung zusammen einen Tribrachys bilden.) — Iudicandum igitur est, particulam „modo“ a Terentio legitime pro pyrrhichio esse usurpatam.

B. Voces iambicae in diphthongum „ae“ exeuntes.

Una omnino vox huius generis invenitur in Terentii fabulis, et ea quidem iambice usurpata:

In septenario iambico:

papaé: Eun. 279. —

C. Voces iambicae in „s“ exeuntes.

I. Formae non correptae.

a) in senario:

1. forás: Eun. 668; Haut. 426 (Bentleius hunc versum sic metitur:

„Set ĭpsúm foras egréssum video; ibo ádloquor.“
Cĕteri editores hanc metiendi viam inierunt:
„Sed ípsum fórăs egréssum video; ibo ádloquor.“

Bentleius cavet, ne syllaba finalis „foras“ vocabuli corripiatur, sed tali ratione priorem syllabam vocis „ipsum“ pro brevi habere coactus est. Ceteris viris doctis, qui formam „ipsum“ legitime metiuntur, correptio vocabuli „foras“ statuenda est. Diiudicanti mihi, utra licentia probabilior sit hoc loco, Bentleii mensura praeferanda esse videbatur. Non raro enim fit, ut prior syllaba pronominum „ille, iste, ipse“ brevis usurpetur et praecipue quidem in primo versus pede; correptio vocis „foras“ autem nullo alio exemplo firmatur apud Terentium, ut infra apparebit.) — forís: Eun. 934; —

2. Exemplum non exstat.

b) in septenario iambico:

1. forás: Andr. 580; Eun. 283, 599; Haut. 1000; Hec. 733 (Omnibus his locis vocabulum „foras“ ante diaeresim collocatum est); —

2. Nullam huiusmodi vocem inveni.

c. d. e. f.) in aliis numeris exemplum non exstat.

II. Formae correptae.

a) in senario:

1. Nullam vocem legi.

2. foris: Haut. 923 (In primo versus pede. — Hoc loco etiam Bentleius vocabulum correptum servavit.)

b. c. d. e. f) in omnibus aliis numeris exemplum frustra quaeras.

Novies a Terentio particulam iambicam in „s“ desinentem usurpatam esse videmus. Octo locis vocabula iambica sunt, cum uno omnino loco forma correpta inveniatur. Inter voces non correptas quinque in septenario iambico ante diaeresim collocatae sunt. Una illa forma correpta in primo versus pede posita est.

D. Voces „ibi“ et „ubi“.

In his vocabulis priore loco **formas pro pyrrhichio usurpatas** afferre mihi liceat.

a) in senario:

1. íbi: Andr. 106; Eun. 108, 512; [Haut. 154]; Hec. 87; Adel. 29, 846; — úbi: Eun. 52, 55, 165, 351, 394, 405, 460, 464, 472, 484, 630; Haut. 303, 308, 430, 754, 820; Phorm. 308, 989, 993; Hec. 20, 84, 183; Adel. 361; —
2. ibi: Andr. 131, 149, 223; Phorm. 101; Hec. 128; — ubi: Eun. 440, 485, 512, 517, 973; Haut. 121, 128, 275, 281, 304, 376, 812, 829, 916; Phorm. 280, 597, 907; Hec. 99, 130, 677; Adel. 82, 109, 119, 434, 788. — Locis, qui sequuntur, vocem „ubi" syllaba brevis cum ictu praecedit. Sed utrum hic vocalis „i" pro longa an pro brevi habenda sit, dubitari non potest. Cum enim aliis locis semper, ut postea apparebit, syllaba finalis vocabuli „ubi" brevis usurpata sit, talibus quoque locis correptio statuenda est.
2. ubi: Eun. 484 (erit ubi); ib. 844 (venit. ubi);

b) in septenario iambico:

1. úbi: Eun. 260, 608, 754; Hec. 791; —
2. ibi: Eun. 290, 612; — ubi: Eun. 322, 596, 610, 612, 1015; Phorm. 827; Hec. 789; [790. Hic versus deest in codice Bembino.]

c) in septenario trochaico:

1. íbi: Andr. 379, 839; Haut. 967; Adel. 584, 867. — úbi: Andr. 356, 848; Eun. 813, 814, 1080, 1088; Haut. 316, 891, 972; Phorm. 343; Hec. 242, 522; Adel. 203, 572, 586, 633; —
2. ibi: Andr. 523, 928; Phorm. 847; — ubi: Andr. 343, 965; Eun. 628, 719, 813; Haut. 256; Phorm. 484; Hec. 217, 800; Adel. 526, 570.

d) in octonario iambico:

1. úbi: Eun. 312, 555, 576, 776; Haut. 208, 578; Hec. 608, 867;

2. ibi: [Andr. 936. Ex coniectura Lachmanni]; Eun. 571; Haut. 983; Phorm. 194; —
ubi: Andr. 598; Phorm. 715; Adel. 527.

e) in octonario trochaico:

1. íbi: Eun. 216; —
2. ubi: Eun. 643.

f) in ceteris numeris:

In tetrametro cretico: íbi: Andr. 634; —
In tetrametro bacchiaco:
1. úbi: Andr. 638; —
2. ibi: Andr. 638; ubi: Andr. 637. —

Formae non correptae.

In Andriae versu 631, tetrametro cretico, sane traditum est „Póst ubī témpust". Sed si hanc librorum scripturam servaremus, hic solus locus esset, quo syllaba finalis vocabuli „ubi" longa usurpata inveniretur. Qua de causa cum Muellero (cfr. Plaut. Pros. pag. 29 et 626 A. 1.) et Dziatzkone pro „Póst ubi témpust" scribendum esse censeo: „Póst ubist témpus". Cum autem haec lectio coniectura sit, locum non respiciam in exemplis computandis. —

Etiam vox „ibi" omnino non iambica est apud Terentium.

E. Voces iambicae, in quibus duae vocales se contingunt.

I. Formae iambice usurpatae.

a) in senario:

1. diú: Hec. 645; —
2. Exemplum non exstat.

b) in septenario iambico:

1. diú: Eun. 1002 (ante diaeresim); —
2. Nullam huius modi vocem inveni.

c) in septenario trochaico:

1. (diū: Eun. 1085. Locus incertus.)
2. Exemplum non invenitur.

d) in octonario iambico:

1. diū: Eun. 295; Phorm. 165; Adel. 621; —
2. Nullum exemplum exstat.

e) in octonario trochaico ceterisque numeris nulla vox huius generis legitur.

II. Formae non iambice usurpatae.

Vocabulum „diu" nisi iambicum non invenitur apud Terentium.

Vox „eo" bis synizesi pronuntianda est:
In senario: Eun. 690; Phorm. 599.

Inquisivi iam in omnes voces iambicas. Ea, quae in singulis vocabulorum generibus investigando repperi, paucis hoc loco comprehendere mihi liceat, ut uno conspectu videamus, quatenus Terentius in variis formis correptionis licentia usus sit.

Incipiamus a declinationis formis! Voces iambicae in vocalem exeuntes satis crebro corripiuntur. Si obiter computamus, stant quinque non correptae contra unam correptam. Inter formas correptas longe primum locum obtinet vocabulum „homo". Voces in diphthongum „ae" desinentes omnino non correptae inveniuntur. Formas littera „s" terminatas unquam correptas esse a Terentio Bentleius negat eamque ob causam hic vir doctus omnibus locis, quibus in codicibus huiusmodi vocabulum non iambicum traditum est, coniectura utitur. Equidem exemplis examinatis mihi persuasi, etiam in his vocibus correptionem esse statuendam; sed hoc dicendum est, Terentium in formis huius generis dimetiendis magnam adhibuisse severitatem. — Quod attinet ad voces in „or" exeuntes, ego, —

quantum ex formis dissyllabis cum priore syllaba brevi colligitur, — pro certo affirmare non dubito, syllabam „or“ a poeta non iam longam servatam, sed ubique pro brevi esse habitam. — In vocabulis „mihi, tibi, sibi, ego“ formae correptae longe praevalent. Contra ingentem numerum formarum pro pyrrhichio usurpatarum quatuor omnino iambicae stant, — omissis scilicet eis exemplis, ubi voces in septenario et octonario iambico ante diaeresim collocatae sunt. Pronomen „tibi“ quatuor locis longam syllabam finalem habet; „mihi“, „sibi“ atque „ego“ omnino non iambica sunt. —

Propriam inquisitionem institui de eis vocabulis, in quibus duae vocales se contingunt. Minime dubium esse mihi videtur, quin C. F. W. Mueller valde erraverit, cum negat, in omnibus his vocabulis synizesim adhibendam esse. Non solum prorsus infirma esse, quae a viro illo docto contra synizesim dicantur, demonstrasse, sed etiam gravissimas synizesis statuendae causas attulisse mihi videor.

Venio ad coniugationis formas. In vocabulis iambicis vocali terminatis voces correptae praevalent. Frequentissima est correptio in imperativis (abi, cave, vide etc.), quorum syllaba finalis etiam Augusteo aevo nonnumquam brevis usurpatur a poetis. Inter formas in „s“ exeuntes nulla correpta invenitur. De coniugationis formis in „or“ desinentibus idem sentio ac de declinationis formis huius terminationis. Voces, in quibus duae vocales se contingant, ubi non iambicae sint, synizesi pronuntiandas esse pro certo affirmem. Ceterum in eis vocabulis, in quibus prior vocalium coeuntium „i“ est (scio, scias) multo rarius synizesis adhibita est a poeta, quam in ceteris. —

Reliquum est, ut dicam de particulis. Adverbia in „e“ exeuntia — exceptis scilicet „bene“ et „male“ vocabulis — et particula „uti“ omnino non correpta inveniuntur, cum in vocabulis „heri“ et „cito“ nonnumquam correptio adhibita sit. Vocem „modo“, legitime pro pyrrhichio habitam esse a Terentio pro certo affirmo. — Formae littera „s“ terminatae, quibus octies poeta usus est, duobus locis correptae sunt. Particulae „ibi“ et „ubi“ semper pyrrhichium efficiunt. Vocabulum „diu“ nisi iambice usurpatum non invenitur in Terentii fabulis.

Inquiramus iam in vocabulorum iambicorum correptionem respicientes varia versuum genera! In universum correptionis ratio similis est in omnibus numeris, quibus Terentius usus est. Dixeris forsitan septenarios iambicos excipiendos esse. Est sane in his versibus unus pes, qui praecipue vocabulis iambicis aptus erat, scilicet quartus, qui purus iambus esse solebat, quippe post quem caesura legitima fieret. Et revera hoc loco persaepe voces iambicae inveniuntur. Sed haec res aequatur eo, quod quintus pes, a quo nova versus pars inciperet, licentius formabatur et correptioni indulgebat, sicut primus totius versus pes. Quod efficitur ex natura correptionis, de qua paulo diligentius hoc loco agere mihi proposui. —

Vocabulorum iambicorum syllabas correptas alteram ubique partem esse aut solutae arsis aut dissyllabae thesis supra commemoratum iam est.

Si vocabula arsim faciunt, prior syllaba brevis ictum fert. Non raro id fieri consentaneum est, cum veteres poetae scaenici verborum accentum cum ictu rhythmico consociare studerent. Omnes enim voces iambicae accentum grammaticum in priore syllaba habent. Cum autem haec syllaba brevis esset, poetae, ut alteram brevem haberent ad arsim complendam, syllabam finalem corripere coacti erant. Si haec nobiscum reputaverimus, etiam causa nobis erit perspicua, cur nisi in iambicis vocibus syllaba finalis non corripiatur. Exemplo rem illustrare mihi liceat. Constat inter omnes, in vocabulis, qualia sunt „mōrēs nostrōs“ terminationem nunquam corripi, cum in vocibus „cănēs, bŏnōs“ eaedem syllabae finales pro brevibus usurpari possint. Cuius rei causa petenda est inde, quod in illis formis verborum accentus, quocum ictus rhythmicus consociandus est, in syllaba longa est positus, quae sola igitur arsim efficere potest, cum in vocabulis iambicis „cănes“ et „bŏnos“ prior syllaba brevis non sufficiat ad arsim faciendam. — Similis est ratio in vocabulis trium syllabarum, qualia sunt „vĭrginĕs, lĕctulŏs.“ —

Sed non solum solutae arsis, verum etiam dissyllabae thesis partem alteram syllabae correptae efficere possunt, ita, ut vocabula iambica ictu rhythmico careant.

Meo iudicio correptio vocis iambicae sine ictu rhythmico in universum pendet a qualitate proximae arsis. Procul dubio enim non omnes arses in versu prorsus eadem vi pronuntiabantur ab actore, sed eas, quae ad enuntiati sententiam plurimum valerent, prae ceteris elatas esse apparet. Consentaneum autem est, voces correptas sine ictu eis potissimum locis collocatas esse, quibus syllaba praecipue efferenda eas sequatur. Sed tales syllabae non eisdem semper locis in versu inveniuntur, sed in unaquaque dipodia cum priorem tum posteriorem arsim efficere possunt. Quod attinet ad primam versus dipodiam, in qua correptio frequentissima est, in versibus iambicis sane longe plurimis locis huius generis syllabae priorem arsim faciunt eamque ob causam prior thesis maxime indulget correptioni. Sed in versibus trochaicis res aliter se habet. In his vocabulum praestantissimum saepe secundam primae dipodiae arsim facit et praecipue quidem eis locis, quibus prior arsis voce monosyllaba efficitur. Conferas Hecyrae versum 223;

„át vidĕ quam ímmerito aegritúdo haec mi ábs te oriátur Sosia."

et fabulae, quae inscribitur „Hautontimoroumenos" versum 1031:

„Ét cavĕ pósthac, sí me amás unquam ístuc verbum ex te aúdiam."

In his versibus sine dubio secunda arsis multo maiore vi pronuntiata est ab actore, quam prima, eaque de causa meo iudicio his locis correptio sedibus imparibus offensionem non habet. Similiter atque in prima dipodia etiam in ceteris res se habet, ideoque nullo loco vocabulum iambicum ictu non praeditum in suspicionem vocandum esse censeo, quo insequens syllaba praecipuam vim habeat.

Etiam aliud animadverti, quod pertinet ad collocationem vocabulorum iambicorum correptorum ictu carentium. Tales voces ubique fere aut in primo cuiusvis versus pede — in septenariis iambicis accedit primus pes post diaeresim, — aut in initio novi enuntiati, praecipue si personae mutantur, aut omnino post quamlibet moram locum tenent. Quin talibus locis actor, priusquam vocem iambicam pronuntiaret, data respirandi facultate usus sit, dubium non est. Quam moram com-

pensabat eo, quod in vocabulo iambico festinationem adhibebat approperans ad proximam syllabam ictu praeditam et ita quidem, ut terminationem vocis iambicae corriperet. Maxime perspicua haec res in primo versus pede est, ubi temporis iactura fine superioris versus facta sarcienda erat. Et revera ibi longe plurimae formae correptae sine ictu rhythmico inveniuntur. — Loci, quibus ante vocabula huius generis mora non fit, admodum rari sunt.

In fine totius commentationis numerum vocabulorum iambicorum, quae apud Terentium reperi cum correptorum, tum non correptorum cum eo comparare mihi proposui, quem Leppermannus in Plauti comoediis invenit, scilicet, ut cognoscatur, uter poeta maiore usus sit severitate. Etiamsi Leppermannus senarios atque septenarios solos perlustravit, tamen rem pro certo diiudicari posse existimo, cum animadverterim, in universum eosdem correptionis fines esse in quinariis et octonariis, atque in senariis et septenariis. Pauci versus bacchiaci et cretici, in quos incidi in Andria, nullius fere momenti sunt.

Satis habebo in hac re, tabellam omnium formarum conficere.

Declinationis formae

	A. Voces iambicae in vocalem exeuntes		B. Voces iamb. in diph. „ae“ exeuntes		C. Voces iamb. in „s“ exeuntes		D. Voces iamb. in „or“ exeuntes		E. Voces: ego mihi, tibi, sibi		F. Voces iamb. in quibus duae voc. se contingunt	
	Non cor.	Cor.	Non cor.	Cor.	Non cor.	Cor.	Non cor.	Cor.	Non cor.	Cor.	Syn. non pron.	Syn. pron.
Apud Plautum	403	59	39	3	217	11	30	5	160	1970	164	483
Apud Terentium	75	16	5	—	39	6	Pos. longae 13	7	84	632	66	151

Coniugationis formae

	A. Voces iamb. in vocalem exeuntes		B. Voces in „s“ exeuntes		C. Voces iamb. in „or“ exeuntes		D. Voces iamb. in quibus duae voc. se contingunt	
	Non cor.	Cor.	Non cor.	Cor.	Non cor.	Cor.	Syn. non pron.	Syn. pron.
Apud Plantum	219	286	285	13	44	5	66	62
Apud Terentium	49	88	84	—	(2)	1	28	20

Particulae

	A. Voces iamb. in vocalem exeuntes		B. Voces iamb. in diph. „ae“ exeuntes		C. Voces iamb. in „s“ exeuntes		D. Voces „ibi“ et „ubi“		E. Voces iamb. in quibus duae voc. se contingunt	
	Non cor.	Cor.	Non cor.	Cor.	Non cor.	Cor.	Non cor.	Cor.	Syn. non pron.	Syn. pron.
Apud Plautum	66	56	15	—	24	13	8	329	4	15
Apud Terentium	32	39	1	—	8	1	—	129	6	2

THESES CONTROVERSAE

QUAS UNA CUM

COMMENTATIONE PHILOLOGICA

QUAE INSCRIPTA EST:

DE CORREPTIONE VOCABULORUM NATURA IAMBICORUM TERENTIANA

CONSENSU ET AUCTORITLTE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

DIE II MENSIS MAII A. MDCCCLXXXXI HORA XI

IN PUBLICO DEFENDET

ALOYSIUS BOEMER,

HASSO-NASSOVUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

FRANCISCUS HILFF, SEM. PHIL. SOD, ORD.
JULIUS WEBER, SEM. PHIL. SOD. ORD.
HENRICUS KUYPERS, CAND. PHIL. ET HIST.

MONASTERII GUESTFALORUM

EX TYPOGRAPHIA THEISSINGIANA.

MDCCCLXXXXI.

Theses.

I. Soph. Philoct. vers. 476 cum Vauvillerio legendum esse censeo: „τὸ τ᾽ αἰσχρὸν ἐχθρὸν καὶ τὸ χρηστὸν εὐφιλές.“

II. Ibid. vers. 867/868 hanc propono lectionem:
„ὦ φέγγος ὕπνου διάδοχον τὸ τ᾽ ἐλπίδων
ἄμεινον οἰκούρημα τῶνδε τῶν ξενῶν.“

III. Propert. I. 8. vers. 21 male Baehrensius optimorum codicum lectionem „de te“ servavit. — Ibid. vers. 22 mihi probatur Scaligeri coniectura „acerba“ pro librorum scriptura „verba“.
Sic igitur lego vers. 21 et 22:
„Nam me non ullae poterunt corrumpere taedae,
Quin ego, vita, tuo limine acerba querar.“

IV. Propert. I. 13. vers. 29/30 inter lectiones, quae in editionibus exhibentur, nulla mihi videtur ferenda esse. Scriptum velim:
„Nec mirum, cum sit Jove digna et proxima, Leda
Et Ledae partu gratior, una tribus.“

V. In „Culicis“ vers. 334 maximam probabilitatem habent coniecturae Westerwickii:
„Hic et Tantaleae genere amplus prolis Atrides.“

VI. In carminis Burani, quod inscribitur „De Phyllide et Flora,“ stropha 7 (vers. 1—3) scribenda Schmeller sine iusta causa a codice Monacensi recessit. Vocabulo „secus“ in „sicut“ mutato libri scripturam prorsus aptam esse iudico.

Vita.

Natus sum Aloysius Boemer Immichenhainii, in vico provinciae Hasso-Nassoviae, prid. Kal. Aug. anni huius saeculi LXVIII patre Aloysio, matre Theresia e gente Becker, quos integris adhuc viribus uti valde gaudeo. Fidem profiteor catholicam. Litterarum elementis imbutus per unum annum et sex menses frequentavi Monasterii scholam, quam dicebant „Realschule." Tum per septem annos gymnasii Monasteriensis discipulus fui, quod vere a. h. s. LXXXVII testimonio quod vocant maturitatis instructus reliqui. Eiusdem anni mense Aprili in numerum civium almae litterarum academiae Monasteriensis receptus per octies senos menses studiis philologicis operam dedi. Scholas frequentavi V. V. D. D. Langen, Stahl, Hagemann, Storck, Niehues, Milchhoefer. Langeni et Stahlii egregia erga me benevolentia factum est, ut in seminarium regium philologicum reciperer, cuius sodalis ordinarius per bis senos menses fui.

Omnibus viris, qui me docuerunt, gratias ago ac semper habebo maximas, singulares vero Langeno et Stahlio, qui eximie meriti sunt de me.